

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0030

LOG Titel: Cap. CXXI. - Cap. CLX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

penult. in princ. ff. da condic. can. dñ. ad illud tamen, quod ibidem subditur propter illam regulam, quod iuramentum sequitur naturam actus, ut ibi habetur, & supra diximus, & infra latius dicetur. Præterea idem tenet etiam Hippolyt. Riminald. in consil. 103. num. 14. vol. 1. dum vult, vt licet promissio facti alieni simplex sit iuris iuramentum. l. stipulatio ista, in 2. responso. ff. de verb. obligat. & §. si quis alium. In fit. de inut. stipul. & tradit Paris. in consil. 135. in fin. vol. 4. Attamen stante iuramento in fine instrumenti, eius obligatio subsistit ob illam clausulam, & idem quoq; voluit Mynsinger. in §. si quis alium. num. 5. In fit. de inut. stipulat. Et rursus eandem conclusionem sequitur Hippol. Riminald. in consil. 72. num. 146. codem vol. 1. & declarando d. §. filius matrem, inquit illud quod specialiter exprimendum est, virtute illius clausulae, omni meliori modo, pro expresso non haberi, id quod ad ea, quæ paulo infra dicentur, notandum est de clausula expressi. & iterum idem voluit Hippol. Riminald. in consil. 42. num. 11. eodem vol. 1. & idem tenet Ioan. Troysius super Ritu Mag. Curie 128. num. 10. & Tiraquell. in l. si vnguam, in præfatione, num. 133. C. de rebus donat. & videlicet Cæphal. in consil. 192. num. 36. vol. 2.

C A P. CXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

a Iuramentum continet clausulam codicillarem.

PRæterea omissendum non est, tū iuramentum vim habere clausulæ codicillaris, prout dixit Constantin. Roger. in l. 3. num. 17. de testament. concludens iuramentum in testamento appositorum, in quo solemnitas iure requisita non est, quo ad numerum testium efficere, ut testamento ipsum contineat clausulam codicillarem: & ideo ut illud testamento si iure testamenti non valet, valeat saltus iure codicillorum, ut est tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & id in qualibet dispositione procedere arbitratur, cum iuramentum (ut paulo ante vidimus) clausulam illam contineat, quod si illud quod ago non valet ut ago, valeat ut valere potest. Præterea hanc conclusionem sequitur Ioannes Dilectus in tract. de arte testan. in tit. de subst. caut. 26. num. 3. dum inquit, tertium remedium esse ut hæres scriptus, si moriar hæreditate non aditæ, substitutio non evanescat. l. ille. §. si de testamento. ff. ad Trebellan. vbi trahunt Doctores, & Alexand. in consil. 1. col. 4. vol. 1. testatore in iuramento testamen- tum confirmare, & ratio est, quia eius vi fideicommissa & legata omnia ab iis repetita videntur, qui ab intestato successuri sunt, & vires habent, licet hæreditas ex testamento non audeatur; est igitur alia dicti iuramenti vis, ut hæreditas licet non sit adita, legata tamen & fideicommissa confirmen- tur, ut voluit Bart. in rubr. de testamen. versic. octauo li- mita, argumento d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Et rursus idem tenuit in tit. 6. de legat. caut. 2. si nemo. num. 3. inquit, quod nemine hæreditatem ad- eunte scripta in testamento non valent. l. si nemo. ff. de testamen. tutelar. & tradit Ludouic. Roman. in consil. 428. & Alexand. in consil. 198. viso processu. col. fin. vol. 7. Vnde stantibus prædictis ad hoc remedium esse in- quire, ut clausula codicillaris in testamento adiicia- tur, cuius vi legata repetita censetur ab iis, qui in

testamento succedunt. l. ex testamento. C. de fideicom- miss. & tradit Bart. in l. 1. ff. de iure codicilli. Præterea, quod idem quoque testatoris iuramentum efficiat per ea, quæ supra diximus, dicendum est, prout tradit etiam Bart. in rubr. de testamen. col. 66. in 8. limit. Præterea hanc eandem conclusionem se- quitur Guiliel. Benedict. in cap. Rainutius, versic. te- stamen. il terzo, num. 19. cum sequent. extra de- stamen. dum inquit, hanc clausulam codicillarem tacite ex facto testatoris induci, utputa si in testa- mento minus solemnis testator iuramentum appo- suit, propterea quod tunc iuramentum habeat vim clausulae codicillaris, & eius vis est, ut testamen- tum in vim codicilli valeat, vel omni alio meliori modo, quo valere potest. Et mouetur vulgari illo tex. in d. §. filius matrem, vbi tradit Bar. & ad hoc adducit illum tex. subdens, quod siue testator legata relinqueret iuret quod præstabuntur, vel hæredi ut iuret præstaturum mandauerit, propterea quod in illis casibus licet testamen- tum ex defectu solemnitatis non valeat, iuramentum tamen vim repetitio- nis legatorum ab intestato vim habebit, ita ut lega- ta ab intestato debeantur perinde ac si clausula co- dicillaris esset expresse in testamento adiecta: Facit ad hoc illud, quod late dixit Bart. in d. l. si quis pro eo. ff. de fidei. & id verum esse dicit, siue testator, siue hæ- res iurauerit, & si idem Bart. contrarium senserit de iuramento hæredis, in l. 2. C. commun. de legat. in- nuens, ut dispositio illius §. filius matrem, tantummodo in iuramento testatoris locum habeat, non autem hæredis. Sed prima opinio, ut etiam in iu- ramento hæredis locum habeat, verior est, ut in- quiat ipse Guiliel. Benedict. eodem in loco: sub- dens eam quoque sequi Bald. in d. §. si quis matrem, qui est text. notabilis, & alibi non repertus, ut ipse arbi- tratur. Præterea hanc conclusionem sequitur So- cinus iunior in consil. 136. numero 25. volum. 1. vbi lo- quitur de illa clausula, si non potest valere ut agi- tur, valeat ut valere potest, & Bertran. in consil. 265. num. 8. vol. 3. vbi loquitur de donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, an saltem quo ad præsentia sublineatur. Verum de hoc in- fra suo loco dicetur. Item hanc conclusionem se- quitur Imola in dicta l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & sic inducit legatorum repetitionem ab intestato. Et idem confirmat Cardin. Albeni. in l. Centurio, num. 9. ff. de vulg. & pupill. & Ias. in l. eam, quam, num. 17. C. de fideicommiss. & iterum Bart. in l. si quis, in princ. testamenti, circa fin. princ. ff. de legat. 3. & in l. si quis pro eo, in 7. & 8. membro. ff. de fideiussor. & in l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligation. & Bald. in d. l. eam quam, col. 4. in fin. asserens hanc esse mirabilem vim iuramenti, & iterum Bald. in l. si iure. C. de manu. te- stam. & rursus Bald. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill. inquiens per text. in dicto §. filius matrem, dispositionem testatoris verbis directis cōceptam & irreverando confirmatam, si iure directo non subsistit, iure semper obliquo subsistere, & ex con- sequenti iure fideicommissi, & si regulariter aliter, ut ibi, dicendum sit, & in l. Centurio. ff. de vulg. & pu- pill. Alias quamplures hoc genus decisiones refert Ludouic. Roman. in d. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Hoc præterea applicant ad directas substitutiones: quæ ut directæ valere non possunt: nam vi iura- menti ad obliquas trahi dicendum est. Idem quo- que voluit iterum Ias. quod contineat clausulam codicilli.

De Executionibus Tractatus. §. 9. 699

codicillarem, in l. verbis ciuilibus, num. 1. ff. de vulgar. & pupill.

Limitatur autem prædicta conclusio, vt inquit Ias. in d.l. eam, quam. num. 18. C. de fideicommiss. vt procedat in iuramento testatoris: secus vero in iuramento hæredi à testatore delato, vt dixit singulariter Bart. in l. 2. per illum text. cum gloss. C. commun. de legat. Verum idem Ias. in d.l. cum pater. § filius matrem. ff. de legat. 2. contrarium tenet sibi contrarius: nam summando ibi text. inquit iuramentum testatoris, vel hædis. & in d.l. 2. C. commun. de legat.

Secundo limitat Ias. in d.l. cum filius matrem. ff. de leg. 2. vbi testamentum omisæ solemnitatis ratione non subsistit: nam tunc iuramentū vim clausulæ codicillaris habet: at secus si testamentum ex defectu substantiæ in persona testatoris vel deficiente consensu deficiat, & non subsistat, prout limitat etiam Roman. in d. consil. 517. in casu propositæ consultationis, col. 9. in fin. & Aret. in consil. 24. quatuor dubia, col. 2. & facit text. in l. fin. C. de non numer. pecun. vbi iuramentum ideo nihil efficit, aut inducit, quia deficiebat consensus.

C A P. CXXII.

A R G V M E N T V M.

De effectu iuramenti vt habeat vim clausulæ: Rato manente pacto, & de effectis dictæ clausulæ.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum continet clausulam, Rato manente pacto.
- 2 Pœna si in contractu apposita sit, alteri debent contrahentes acquiescere, id quod non procedit, vbi adest iuramentum.
- 3 Clausula, Rato manente pacto, operatur vt fors principalis & pœna peti possint, nec vnum recipiens, alteri derogare intelligitur.
- 4 Pœna loco rei succedere solet.
- 5 Clausula, Rato manente pacto, efficit vt licet quis simpliciter recipiendo sortem sine protestatione illa stante renunciare non videatur pœna conuentionali.
- 6 Pœna si apponatur in contractu emphyteutico in casu quod emphyteuta canonem non soluat, cum clausula, Rato manente pacto, pœna etiam exigunt potest: & dominus si vult stare contractui & emphyteutam expellere.
- 7 Clausula, Rato manente pacto, non prodest non servanti contractum.
- 8 l. fin. C. de iure emphyt. declaratur.
- 9 Emptor non obstante quod præstet interesse & pœnam soluat, tenetur etiam stare locationi.
- 10 Locationi stare debet emptor, si vendor iurauit non vendere sub obligatione omnium bonorum & certa pœna, & in eo casu emptor conductorem expellere non poterit.
- 11 Iuramentum inducit etiam specialem hypothecam in qualibet re & etiam in re locata.
- 12 Pœna videtur apposita loco contentus, & vt sit in electione actoris, vel pœnam, vel interesse petere, si ultra pœnam etiam interesse petitum sit.
- 13 Clausula, Rato manente pacto, impedit mora purgationem.

- 14 Pœnas contractus qui petunt, debent prius ex parte sua adimplere.
- 15 Pax si ex una parte facta sit, an amplius infringi posse.
- 16 Fiscus ad pœnam pacis ruptæ, quando & quomodo agere possit, & an pluries agere possit.
- 17 Pœna in fauorem ecclesie apposita ex offensa vnius ex illis, qui ei pœnam stipulati sunt, non tollitur ex eo quod ipsæ partes in uicem conciliatae sint.

Habet præterea iuramentum vim + clausula, rato manente pacto, vt late voluerunt recentiores Bononienses in l. si quis maior. num. 71. C. de transact. & Franciscus Herculani in tract. de caution. de non offend. cap. 36. num. 33. & 34. Hanc eandem conclusionem tenet etiam Francisc. Mar. in quest. 412. num. 15. vol. 1. per text. in d.l. si quis maior. & infert ibidem ad nouationem. & idem in dicta l. si quis maior, tenet Cagnol. num. 143. C. de transaction. & dicit quod si quis in contractu, + in quo pœna apposita est, debeat alteri acquiescere, id est, pœna vel pacti exceptione, l. rescriptum, §. si pacto. ff. de pact. id tamen non procedere, vbi iuramentum appositum est, vt ibi voluit Bart. & ideo dicit verum esse, quia iuramentum continet illam clausulam, Rato manente pacto, prout tradit etiam Ias. in l. qui fidem. ff. de transact. & Bauer. in tract. de virt. iuramen. col. 5. Et ideo contraueniens contractum seruare cogi potest, si aliter velit, etiam quod peccatum in contractu appositam soluerit; imo, vt dixit Bart. in d.l. si quis maior, iuramentum maiorem vim habet quam ipsa clausula, Rato manente pacto, vt probatur in dicta l. si quis maior, vbi contrafaciens ultra pœna solutionem, infamia efficitur, & actione priuatur, omnique emolumento ab ipso contractu procueniente, & de hoc tradit Ias. late in l. vbi pactum, col. penult. C. de transaction. Præterea de hac clausula plura tradit Vitalis de Cambanis in tract. clausular. claus. 3. vbi prius querendo de natura huius clausulæ, Rato manente pacto, inquit de ea plene tractari in l. qui fidem. ff. de transaction. & in l. cum proponas. C. de transaction. & in l. ita stipularis, in fin. ff. de verborum obligationib. deinde quod ipsa clausula + efficit, vt tam fors principalis, quam pœna peti possit, nec vnius causa, vel facto alteri renunciari, seu derogari possit, vt habetur in dicta l. qui fidem. Rationem autem eam esse dicit, secundum Iacobum Butr. ibidem, propterea quod ea clausula, actum videtur, vt pœna + loco rei non succedat, cum alioquin succederet, & ideo utrumque peti non posset, vt notavit Bart. & Butrig. in d.l. qui fidem. Præterea efficit + prædicta clausula, Rato manente pacto, vt licet quis simpliciter recipiendo sortem sine protestatione, pœna renunciare videatur. l. fin. ff. de eo, quod certo loco, & l. 2. ff. si quis cauto. & l. 4. C. deposit. attamen si in instrumento illa clausula, Rato manente pacto, apponatur, quis sortem recipiendo, pœna conuentionali renunciare non videtur, vt voluit gloss. in dicta l. fin. ff. de eo, quod certo loco. & ibi Bartolus. Unde eodem in loco subdit Vitalis, iuramentum in contractu appositum eam clausulam, Rato manente pacto, continere, vt utrumque scilicet tam principale creditum, quam pœna peti possit, dicta l. si quis maior. C. de transaction. & tradit Bald. in loco supra relato, & rursus idem voluit Bal. in l. cum proponas, & ibid. Bart. idem tenet, & subdit de hac clausula

late tractare Imol. in cap. potuit, in gloss. extra de locatio.
 quæ gloss. incipit, biennium. & tradit id circa finem. Vbi
 gloss. recte loqui non videtur, dum vult ut clausula,
 Rato manente pacto, intelligatur & efficiat, quatenus
 concernit fauorem illius, qui contractum ser-
 uat, non autem in fauorem illius, qui contr. fecer-
 it, imo potius in odium ipsius apposita videatur,
 & idem voluit gloss. in d. l. quifidem ff. de transact. & in l.
 6. C. de iure emphyt. Et ideo infertur, quod quando
 dominus pœnam apponit, in casu quod emphyte-
 tuta canonē non soluat adiecta clausula, Rato ma-
 nente pacto: tunc casu quo pensio & canon nō sol-
 uatur, pœnam exigi posse; & ultra potest domi-
 nus contractum obseruari velle casu quo voluerit,
 vel etiam non sive, si emphyteutam expellere ve-
 lit. Et stantibus prædictis non potest emphyteuta
 ex eo causam suam relevare, quod ex ipsa clausula,
 Rato manente pacto, ob id quod contractum non ser-
 uauerit, vt est text. in cap. ex eo, de regul. iur. in 6. facit ad
 hoc illud, quod notant Dynus & Bartolus in l. cum pater,
 §. liberti. ff. de legat. 2. & iterum facit ad predicta illud,
 quod notat Speculat. in tit. de locato. §. inter aliqua, ver-
 sic. trigesimo sexto, cum duobus versiculis sequentib. & fa-
 cit etiam text. in cap. si ecclesiæ, 25. quest. 2. & in cap. di-
 lecti, extra de arbitr. cum similibus, & tenet Bartolus in
 d. l. quifidem. Subdit tamen Imola in d. gloss. quod si
 dominus stipulatus sit pœnam, si emphyteuta ca-
 nonem non soluat, & non apposuit clausulam, Rato
 manente pacto, an tunc si emphyteuta per bien-
 nium, cum sit emphyteus Ecclesiastica, vel per
 triennium, si sit priuati, possit dominus emphyteu-
 tam expellere? Et inquit hoc in casu expellere non
 possit, propterea q. pœna & hominis prouisio ef-
 ficere videntur, vt pœna cesseret, & legis prouisio ar-
 gum. l. fin. C. de pact. conuent. Contrarium tamen te-
 nuit gloss. in l. 2. C. de iure emphyt. quam sequuntur
 communiter Doctores, stantibus prædictis inquit
 8. non obstare & text. in d. l. fin. quia ibi loquitur de
 quodam iure speciali in dicta l. in fauorem mulie-
 ris inducendo, quod quidem facilius collitur quam
 ius commune, l. eius. §. militia. ff. de testament. milit. &
 in dicto §. qui vero, colum. secunda, in Authentic. de non
 alien. Et ideo talis prouisio pœnalis ius ciuile non
 tollit quo ad pœnam statutam expulsionis, de qua
 in cap. potuit, extra de locato. & in l. secunda, C. de iure
 emphyteut. vt ibi latius prosequitur Vitalis. Præterea
 hanc eandem conclusionem sequitur Ioannes de
 Amica in consil. 113. numero decimo tertio, dum vult, vt
 9. iuramentum illud plus efficiat, & ultra prædicta,
 quod licet quis interesse, & pœna præstet, locatio-
 ni etiam stare teneatur ea ratione, quod illam vim
 clausula, Rato manente pacto, contineat, & ideo
 concludit in casu, de quo ibi, emptorem domus
 conductioni stare debere, vbiunque venditor pro
 aliquo tempore locauerit & solemniter promiserit
 in dicto tempore domum illam non vendere, nec
 10. alienare: & nam in eo casu emptor conductorem
 expellere non potest. Nam ultra ea, quæ deducit
 ipse Ioan. de Amica in d. consil. mouetur etiam ex eo
 quod venditor iurauerat obligando omnia bona
 sua, quo iuramento & etiam specialis hypotheca in
 qualibet re, etiā in domo locata, contracta censem-
 tur, si eo modo contractus melius valere potest,
 per ea quæ supra diximus in clausula, omni meliori
 modo; id quod pertinet etiam ad materiam huius
 clausula, si in ea positum sit iuramentum, quod

illius vim habet. Præterea facere etiam videtur ad
 hanc conclusionem illud, quod voluit Aret. in dicto
 consil. 137. num. 2. & dum loquens de contractu, in 12
 quo ultra pœnam fuit etiam promissum interesse,
 & vult vt in eo casu pœna pro ipso contentu appo-
 sit, censeatur, ac etiam v. res est in electione aëtoris
 petere pœnam vel interesse, pro vt ipse elegisset.
 Verum in ea specie contrariorum concludendo mo-
 uetur ratione illius clausula, rato manente contra-
 ctu, quæ in instrumento & more purgationem im-
 pedit, prout supra late loco suo diximus. Præterea,
 iuramentum contineat vim clausula, Rato manen-
 te pacto, tradit etiam Corne. in consil. 246. numero 4.
 volum. 4. pariter loquens de pœna & interesse, vt
 scilicet vtrunque debeatur. Item quod iuramen-
 tum habeat vim clausula, Rato manente pacto, re-
 nuit etiam Socin. iunior in consil. 23. num. 6. volum. 2.
 & concludit, vt ob vim illius clausula, quæ in ipso
 iuramento dicitur contineri, possit etiam recepta
 forte principali ad pœnam agi, & idei dixit Curt.
 iunior in l. cum proponas. num. 6. C. de transact. & in d.
 l. si quis maior, num. 35. C. codem. tit. Et Alciat. in d. l. si
 quis maior, num. 39. concludit, vt vtrunque fors sci-
 licet principalis & pœna debeantur illi, qui con-
 uentioni paruit: Nam qui iurat fundum dare, & si
 non dedet, promittit centum, in defectu prioris
 pœnissimis ex vi verborum pœnam promittere
 dicitur, à qua verborum propria significatione iu-
 ramentum quoque interpretationem recipit, cap.
 penult. extra de iure iuram. vt merito specialiter id in
 pactis transactionibusque introductum dici pos-
 sit, quæ ad finem litium pertinent. Debet autem ille,
 & qui ad hæc pœnas agit, ex parte sua omnino
 adimplere, vt dicitur in dicta l. si quis maior. & in eo
 se cautum præstare, vt id probet, vt voluit Corne.
 in dicto consil. 246. vol. 3. quod plerique in dicta l. si quis
 maior frui non posset, l. penult. C. de his quibus vt indign.
 & authent. quirem, C. de sacrosanct. eccles. quia pacti
 iura eum nō seruasse certum est. Vnde licet in uno
 tantum capite seruata non fuerint, perinde est ac si
 nullo modo seruata essent, vt inquit Castren. in con-
 sil. 188. videtur verum, si ipse promissor qui ad pœ-
 nam conuenit, in re minima defecit, & eum
 inquit eodem loco Alciat. in pœnam illius legis nō
 incidere existimare, sed eum tantum, qui dolo ma-
 lo cessauerit, verum si in minima re cesseret, incuria
 potius errore neve quam dolum existimat esse,
 l. quæcumque rationes ff. de condit. & demonstrat. &
 tradit las. in dicta authent. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. &
 ideo pœnis d. l. si quis maior, locum non esse. Rur-
 sus, quod iuramentum contineat clausulam, Rato
 manente pacto, tradit Abbas in cap. per tuas num. 14.
 extra de arbitr. dum inquit, vim dicti pacti in eo con-
 sistere quod soluatur pœna Rato manente pacto. Et
 ideo subdit, quod si iuramentum interueniat in
 compromisso pœnali, habeat vim illius clausula,
 Rato manente pacto, & ideo contratiens pœna
 soluere debet, & nihilominus sententiam seruare
 tenetur. Et licet Bald. in l. ne in arbitris. C. de arbitr. di-
 xerit text. in d. l. si quis maior, in compromisso locū
 non habere, subdit ibidem Abb. Bald. id respectu
 iuris ciuilis dixisse, quo iuramentum reprobatum
 fuit in compromisso: at cum de iure canonico iu-
 ramentum reprobatum in compromisso non sit,
 vt ipse dixit in d. c. per tuas, merito vim illius clau-
 sulæ obtinere debet. Et licet d. l. si quis maior, in
 transa-

transactione loqui videatur, attamen si eius verba diligenter perpendantur, ut de omnibus contractibus loquatur, dicendum est, ut etiam explesse concludit Bald. *ibidem, in fin.* Præterea hanc conclusionem, vt iuramentum clausulam, rato manente pacto, contineat, tenuit iterum Bart. *in l. cum proponas, num. 2. C. de transaction.* & *Ian. Cephal. in consil. 35. num. 25. vol. 1.* Immo voluit eodem loco, ut multo maiorem habeat quam illa clausula, quæ in penalibus stipulationibus apponi solet, ut tradit per illum text. *Bart. in dicta l. si quis maior, in vlt. notab. C. de transact.* quem omnes sequuntur. Item hanc conclusionem, quod iuramentum eam clausulam, Rato manente pacto, contineat, voluit iterum Alexand. *in dicta l. si quis maior, num. 8. & Barbat. in consil. 15. col. 2. vol. 4. & Domini Quiri. in consil. 26. num. 17. in 2. vol. consil. crimin. diuers.* Et quod maiorem vim habeat dixit Antonius Leut. *in consil. 18. num. 44. in eodem 2. vol. consil. criminal. diuers.* & præcedentem conclusionem, quod contineat vim dicti pacti, firmat etiam Natta. *in consilio 335. numero 2. volum. 2. & dictum Bart. in dicta l. si quis maior, sequuntur omnes alii. & ultra alios Decius in l. cum proponas, in fin. C. eodem titulo. & Aret. Institut. de verborum obligationib. in fin. & Castrens. & Iaf. in l. rescriptum, §. si pacto. ff. de pact.* Et iterum Iaf. *in consil. 9. num. 7. prope finem, volum. 1. & ibi infert ad huiusmodi speciem, quæ 15 est valde notabilis: vtputa si prius † ab una ex ipsis partibus pax fracta sit, an amplius frangi possit:* Nam licet fortasse amplius franginon posse videatur. *l. nam & s. sub conditione, §. post defectum, ff. de iniusto, rupto, irritoque facto testament.* ac etiam quia quis de pace rupta conqueri non possit, cum prius ipse fregit, *l. cum proponas, vbi tradit etiam Bald. C. de pact. & l. qui fidem. ff. de transact.* Attamen Cephal. *eodem in loco num. 24.* inquit instrumentum pacis, si contineat clausulam, Rato manente pacto, validum remanere, non obstante quod pax fracta sit, & sic ab altera parte contrafactum, ut est text. *in dicta l. qui fidem, ff. de transaction.* vbi tradunt Doctores & late in terminis nostris tradit Paris. *in consil. 165. num. 6. vol. 4.* Verum stante iuramento & ex consequenti dicta clausula, Rato manente pacto, etiam quod pena fuerit commissa, ita tamen conuentio remanet & subsistit: Et ideo licet aliqua partium pacem rumpat, pacis nihilominus instrumentum semper remanet & subsistit, & ipsa conuentio firma, ita ut quilibet pars semper conuentionem rumpere possit, & pena ex consequenti committi: Nec, subdit Cephal. huic conclusioni obstat, regulam d.l. cum proponas, ut Alexand. & ceteri videntur affirmare ibi, & in l. semel mora. ff. soluto matrim. & in l. quia seruum. ff. de verb. obligat. quia obiectio respondendo inquit, plures casus considerandos esse.

Primus autem est, quando remota est clausula, Rato manente pacto, vel abest iuramentum: & tunc proœcul dubio si penalis stipulatio semel committatur, amplius committi non potest, nisi explesse dicatur, ut toties committatur, quoties contrafaciatur, l. si duo. §. 1. ff. de recep. arbit. & tradit Alex. & alii sequuntur, in d.l. cum proponas, & in d.l. semel mora. Sed hic casus ed rem propositam non pertinet.

Secundus vero casus est subsidente dicta clausula, Rato manente pacto, seu iuramento, vel alia clausula, vt pena toties committatur, & tunc si quis bis,

vel pluries contrafaciat, bis vel pluries pena committetur, d.l. qui fidem, & tradunt omnes in locis supra relat. & hic casus est clarus, & pertinet ad rem propositam, & ira omnes conueniunt.

Tertius autem casus est, quando una partium contrafacit, & deinde altera: Et queritur, an prima vel altera penam exigere possit? Et in hoc cœbrior videtur sententia negativa, vt non possit, ob regulam d.l. cum proponas, l. vltima. C. de pact. & c. peruenit, il secundo, vbi tradit gloss. & Doct. extra de iure iuruan. cum suis concordantibus, quos refert gloss. in dicta l. cum proponas.

Quartus casus est, quando utraq; pars contrafacit, & sic mutuo & inuicem partes ipsæ, quæ pacem inierunt, seiphas offenderūt, & fiscus † agit ad penam pacis ruptæ, in instrumento pacis applicatam, & in hoc casu ut agere possit arbitratur, & penam ipsam exigere: & huius conclusionis eam rationem adducit, quia stante prædicta clausula, Rato manente pacto, vere etiam secunda vice pax rupta intelligitur: quandoquidem quatinus prima vna pars prima vice contrauenit, licet vere pacem fregerit, quo ad effectum, quod pena commissa esse dicatur: quo tamen ad obseruatiam pax ita integra remansit, ut deinde etiam secunda vice ita ut pena committatur, rumpi possit: & ideo stantibus his hinc inde pax rupta dici debet. Vnde licet inter dictas partes exactio prohibeat, ea ratione quod inter easdem exceptio illa, quod petens non admittit, admittatur. d.l. cum proponas, & l. Julianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Hæc tamen exceptio fisco obesse nō debet, cum ei nihil possit imputari, & ideo ipse suam penæ portionem exigere potest, argum. l. fin. ff. de pact. & præsentim cum in fisco cœset ratio, quæ inter partes exactio impediret. Vnde cœfante ratione, iuris quoque dispositionem cessare certum est. l. adigere. §. quamvis ff. de iure patro. & cap. cum cessante, extra de appellat. Confirmat hanc conclusionem Cephal. iterum ea ratione, quod fiscus sit tertius, & ideo sub dispositione d.l. cum proponas, comprehensus non intelligatur, ut notatur in l. si vnuus. §. ante omnia, vbi etiam Iaf. col. penult. ff. de pact. & Felin. in cap. qualiter & quando, il primo, col. 7. extra de accusat. & facit text. in l. absentia. ff. de appellat. & tradit Ruin. in consil. 209. num. 25. vol. 1. & Paris. in consil. 107. num. 121. vol. 3. Et magis in specie prædicta confirmantur ex eo, quod Castrensis & Alexand. post Bald. in l. in insulam. §. fin. ff. soluto matrim. † Vbi 17 pena ecclesiæ apposita ex offensa vnius ex illis, qui eam penam stipulati fuerunt, non tollitur ex eo quod deinde ipsæ partes in gratiam inuicem redierint, prout voluit etiam Cagnol. in l. id quod nostrum, numero 6. ff. de regulis iuris. & Iaf. in l. 2. colum. 3. versic. pro hac parte. C. de iure emphyteutico. Et ideo idem pariter in hoc casu dicendum sit, ut scilicet ex superuenienti offensa fisco præiudicari non potuerit, quæ illi ex priori applicata fuit. Idem *ibidem* nu. 31. confirmat Cephal. alia ratione, videlicet quod quo ad partes ad huiusmodi contrauentiōnis penam agentes iudicium ciuale dicitur, quatenus vero ad fisum pertinet, dicitur criminale, ut inquit gloss. & sequitur Bart. in l. 3. ff. de sepul. viol. & est communis opinio, ut attestantur Doct. & præsentim Decius in rubric. extra de iudic. col. penul. versi. tertiam opinionem. Ex quibus colligitur ratio differentiæ inter ipsas partes, & fisum. Nam ideo inter partes exactio prohibetur,

betur, quia inter ipsas agitur ciuiliter, quo casu de-
lictorum compensatio admittitur. *I. cum mulier, & l.
viro atque vxore. ff. soluto matrim. fiscus autem, vbi a-
gitur criminaliter, vt inquit gloss. in d. l. viro atque uxo-
re. ff. soluto matrim.* Secus vero vbi criminaliter agi-
tur, *vt inquit gloss. in d. l. viro atque uxore. vbi tradunt
omnes, & dixit Alexand. in consil. 77. vissi dubitationi-
bus, col. 2. versic. non obstat. fidicatur, vol. 3.* Et licet ab
vna partium prædictarum stipulatio pœnalis prius
committa fuerit, prohibeturque parti in vim ex-
ceptionis & compensationis exactio cum afflatur,
& ipsam quoque prius contrafecisse: huius-
modi tamen obiectio & exceptio fisco fieri non
potest, dum ad portionem suam agit, & ideo iure
eam exigere impediti non potest; id autem omni-
no verum esse ita ostenditur: si enim pars, quæ pri-
mo loco contrafecit, soluit pœnam: certe non mi-
nus à secundo contrahente exigi potest, *vt inquit
Alexan. in d. l. cum proponas, in quarta fallentia, & tra-
dunt alii in locis supradictis.* Patet igitur, pœnas com-
mitti, & vna solutione facta aliam non impediti.
Hanc præterea conclusionem firmauit Ruinus in
consil. 110. num. 6. vol. 4. vbi pariter concludit, quod si
vna pars laudum non obseruauerit, possit non sol-
uentem pensionem ad soluendum compellere, &
pœnam etiam exigere.

Limitatur autem hæc conclusio in iuramento
apposito in compromisso facto in arbitrum: nam
in eo casu solam pœnam exigi posse, voluerunt A-
lexand. in d. l. si quis maior, nu. 8. C. de transact. & Ruin.
in consil. 110. num. 6. vol. 4. per text. in authent. decerni-
mus. C. de arbitr. per quem text. inquit Bald. limitari
regulam illam, quæ habet iuramentum efficere, vt
actus valeat eo modo quo valere potest, & hanc
conclusionem sequitur Barbat. in consil. 15. colum. 2.
volumine 4.

C A P. CXXIII.

A R G V M E N T U M.

De effectu iuramenti vt habeat
vim clausulæ, non obstante, & de ef-
fectu clausulæ derogatoriæ.

- S Y M M A R I A.
- 1 Iuramentum habet vim clausula derogatoria.
 - 2 Verba derogatoria sequentis actus effectum impe-
diunt.
 - 3 Clausula, non obstante, vel qualibet alia deroga-
toria, non tollit actum præcedentem iuratum.
 - 4 Salvi conductus litera debitori concessa ne intra cer-
tum tempus molesteretur, non extenduntur ad debi-
tum iuratum.
 - 5 Iuramentum in secundo testamento à testatore appo-
situs, revocat primum, etiam quod in primo ades-
set iuramentum de eo non revocando.
 - 6 Derogatio specialis requiritur in derogatione disposi-
tionis iurata.
 - 7 Verborum derogatoriorum plures species.

Habet præterea, tū iuramentum vim clausulæ
derogatoriæ, *vt inquit Natta in consil. 53. num.
40. vol. 3. & Tiraquellus in tract. de legibus connubialib.
in verbo, express. gloss. s. num. 149. vbi expresse dicit iu-
ramentum in secundo testamento appositum vim*

habere specialis clausulæ derogatoriæ præceden-
tis testamenti, vt voluit Bald. in dicta l. sancimus, col.
fin. versic. querunt hic Doctores. & ibi Fulgos. & Castren.
& Alexand. & recentiores. C. de testament. & sequitur
Guido Papa, qui ita dicit fuisse decisum in quest. 128. &
pro ista parte. & las. qui id quoque reputat singulare, in
l. si mihi & tibi. §. in legis, colum. secunda, in fin. & se-
quenti. ff. de legat. i. in prima lectura, & Decius in consil.
345. & ante hos Iean. Andr. in cap. quod semel. in fin. de
reg. iur. in 6. & Bart. in l. si quis in principio testamenti, in
fin. ff. de legat. 3. quos ad id refert Castren. in consil. 184. in
facto præsenti ponam, colum. i. volum. 1. & Iean. Lopez
in cap. per vestras, extra de donation. inter virum & uxori.
num. 35. Et Baldus in consil. 161. num. 4. volum. 3. &
id maxime verum esse existimat, si sit iuramentum
Principis: nam in uolabile est illud, quod iuratur.
*d. l. cum pater. §. filius mairem. ff. de legat. 2. & Fulgo. in
consil. 210. num. 3. & Ruin. in consil. 172. num. 21. & 22.*
Dixit igitur Natta in dicto consil. 531. num. 40. vol. 3.
quod clausulæ derogatoriæ inducta à iuramento
& illi iuramento nunquam intelligi ur derogatum,
nisi expressa de eo mentio fiat, *vt inquit late dixisse
in tractatu, quem edidit de clausula derogatoria, &
ideo infert, quod si in conuentione fuerit apposi-
tum iuramentum non posse deinde reuocari eam
conuentione, etiam se dixerit pœnitere, nisi de
eo expressa mentio fiat.* Item hanc conclusionem
sequitur Iohannes Corasius in l. admonendi, num. 29.
ff. de iure iurani. Et ideo dici solet, actum generali-
bus verbis subsequenter factum, ad negotia prius
iurata non extendi, vtputa si emaneret constitutio
cum clausula, quibuscumque constitutionibus non
obstantibus: ob id tamen iurata antea consti-
tutionem remouere non intelligitur, *vt voluit gloss.
in cap. cum deceat, de election. in 6.* Et idem esse ex-
istimat, si dictum fuerit non obstantibus q. ibus-
cumque pactis & constitutionibus, propterea quod
etiam in tali casu pactum iuratum non tollitur, *vt
inquit gloss. in clem. dudum. §. penult. de sepulch.*
† Verba enim derogatoria sequentis actus effectum ²
impedient non modo in ultimis voluntatibus. *l. si
mihi & tibi. §. in legis. ff. de legat. 1.* sed etiam in con-
tractibus, *vt dixit gloss. in l. pacta nouissima. C. de pact.*
Præterea, quod iuramentum habeat vim clausu-
la derogatoriæ, seu verborum derogatoriorum,
tradit Guiliel. Maineterius in l. nemo potest, num. 95.
*ff. de reg. iur. & Iean. de Imola in cap. cum esses, extra de
testament. & Bellon. in consil. 60. num. 17. vbi cum de
donatione causa mortis loqueretur, inquit quod
ideo per subsequens testamentum reuocata non
est, quia erat iurata. Vnde cum iuramentum ha-
beat clausulam derogatoriæ ad sequentia, merito
specialis reuocatio necessaria erat; quod autem
iuramentum prædictam clausulam derogatoriæ
contineat, tradit Bart. in dicta l. si quis, in princ. te-
stamenti, in fin. ff. de legat. 3. & in l. omnes populi, in 4. quest.
3. quest. princ. versic. Sed an iuramentum. ff. de iustitia &
iure. Hanc eandem conclusionem sequitur Gui-
liel. Benedict. in cap. Rainutius, in verbo, testamen-
tam, il. secundo, num. 18. extra de testament. & dicit,
quod gloss. in cap. cum non deceat, in fin. de election. in 6.
vult clausulam, non obstante, tū vel quamlibet aliam ³
clausulam derogatoriæ, actum præcedentem iu-
ratum non tollere. cap. constitutus, extra de rescript. &
rursus idem voluit gloss. notabilis, in verbo, pacta, in di-
cta clem. dudum. §. penult. de sepul. quas valde commen-
dat las.*

dat Ias. in l. quoties. Cod. d. prec. imperato. offeren. Et eisdem motus dixit Alex. in consil. 37. visa petitione Anton. de Roman. volum. 4. quod literet salui conductus debitori concesserit, ut intra quoddam tempus de debito non molestetur, ad debitum iuratum non extendantur, & idem etiam volunt Cynus & Salc. in l. fina. C. si contra ius, vel utilita public. ubi Ias. Præterea hanc eadem conclusionem sequitur Cassa. in consil. 39. num. 9. & Socin. in l. si mihi. §. in legatis. num. 11. ff. de leg. 1. & August. Berous in consil. 4. num. 17. vol. 1. & Imola in c. cum in canticis. num. 28. & 31. extra de his, que sunt à maio parte capit. & Bartol. in d. l. si quis in princip. testamenti. num. 15. ff. de lega. 3. & Cephal. in consil. 41. num. 18. volum. 1. & Ruin in consil. 11. num. 1. volum. 2. dum vult, vt iuramentum appositum in secundo iuramento habeat vim clausula derogatoria ad præcedentia secum, & Ias. in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. num. 4. & 5. ff. de leg. 1. dum inquit norandum, clausulam derogatoriæ præcedentem, subsequentem dispositionem tollere. Et idem voluit Ias. in l. si conuenierit, num. 12. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Barba. in consil. 15. colum. 2. volum. 4.

Redeundo modo ad rem propositam dicebat Iulius Clarus in §. testamentum sententia. lib. 3. quod quando testator post conditum primum testamentum, condit aliud, & sic secundum validum & solenne, nulla inter Doctores controversia est, quin secundum tollat primum, ut est text. in §. posteriore, Institut. quibus modis testamen. infirmer. & haec est communis conclusio, ut dixit Decius in consil. 26. 4. num. 1. circa fin. Et haec sine conclusio non solum locum habet in testamentis priuatim confectis, sed etiam in eis, quæ sunt coram Imperatore, vel Imperatoris auctoritate: Nam & ea quoque subsequentibus testamentis sine consensu etiam Imperatoris reuocantur, ut dixit Bart. in l. omnium. num. 3. C. de testam. qui in hoc communiter ab aliis approbatur, ut inquit Didac. Quarr. in rub. de testam. parte 2. postnum. secundum. Verum si fortasse testitor in primo testamento iuramentum & apposuerit, iure iurando promittens illud non reuocare, & deinde condat secundum, an illud primum testamen. um non obstante iuramento in eo apposito reuocatum censeatur? Ad hoc respondet Clarus, nonnullos voluisse secundum testamentum post primum iuratum, confectum non subsistere: Vnde dixit Alberic. in l. 1. circa finem. C. de sacro sancti ecclesi. a tenere communiter Canonistas. At ipse dicit contrarium verius, videlicet quod non obstante iuramento, primum testamentum à secundo reuocetur, ut dixit gl. in cap. vltima voluntas. 13. quæst. 3. Sed de hoc dicetur infra loco suo in limitationibus. Illud igitur ex dictis Iulii Clari notandum est, iuramentum in primo testamento appositum clausulae derogatoriaæ vim habere, & ideo efficere ut alio testamento nec tolli, nec reuocari possit, nisi in secundo testator ad reuocationem ipsius iuramenti apponatur, ut dixit Bart. in dict. l. si quis in princip. testamenti, in princip. num. 15. ff. de leg. 3. post Ioan. Andr. in Mercuria. in cap. quod semel. de reg. iur. in 6. quem sequuntur communiter Doctor. ut inquit Bertran. in consil. 143. num. 2. volum. 6. Et hanc conclusionem dixit præterea communem esse Socin. in d. §. in legatis. colum penult. vers. sexto infertur. & Natta in authen. hoc inter. num. 56. C. de testam. Illud tamen adnotandum est, ut inquit Bello. in consil. 60. num. 17. quod ubique dispositio est iurata, ex quo iuramen-

tum clausulae derogatoriaæ sequent. vim habet, ut supra firmavimus, & dixit Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, & in l. omnes populi in 4. quest. 3. quest. princip. vers. sed an iuramentum ff. de iust. & iure, specialis reuocatio necessaria est, ut dixit Bart. eisdem in locis & ibidem recentiores: & Ias. in d. l. sancimus. C. de testam. & iterum Ias. in l. pacta nouissima, in princip. C. de pact. Nec obstare debet, quod in calce testamentorum hæc verba apponi consueverint, cassans, &c. quia illa generis reuocatio non sufficit, sed magis specialis necessaria est, ut dicunt Doctor. in d. l. si quis in princip. & in d. l. sancimus, cum semper in secundo testamento illa simplex clausula, cassans, &c. subintelligatur, ut inquit Ias. in d. l. sancimus, & in d. l. pacta nouissima, & tamen nullius est effectus illa clausula derogatoria, contra d. l. si quis in principio, cum similibus. Quia semper censetur reuocatum primum testamento. & quod in derogatione & dispositionis iuratae specialis derogatio requiratur, voluit Fulg. in consil. 39. ad primum, & in consil. 156. vi. themate. & Castren. in consil. 284. in facto, colum. 2. volum. 1. Præterea, quod in secundo testamento debeat expressa & specialis de iuramento fieri mentio, & non sufficiat generalis dispositio, dixit Cassa. in consil. 39. numero 91. ut dixit etiam in terminis Paul. Castren. in consil. 281. in facto principali, colum. 2. in antiqua impressione. & Alexan. in d. consil. 134. & Anton de Petrutia in l. prima, effectu iuramenti. 62. ff. de iure iurant. & Socin. iunior in consil. 143. num. 4. volum. 2. Præterea quod expressa iuramenti mentio necessaria sit, firmat etiam Berrous in consil. 4. num. 17. volum. 1. & quod aetius iuratus, qui alioquin etiam non obstante iuramento reuocari posset, ad hoc ut dicatur reuocatus, specialis reuocatio requiratur, & generalis non sufficiat: id quod dixit etiam Decius in cap. cum accessis. sent. num. 6. extra de constitut. Et idem dixit Castren. in consil. 106. num. 2. volum. 1. ubi inquit certum esse & indubitatum de iure testamentum & legatum habentia clausulam derogatoriæ subsequentis voluntatis sola sequenti voluntate seu testamento non reuocari, nisi de ipso & ipsius qualitate in sequenti voluntate specialis mentio fiat. d. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & in l. si mihi. & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. & latetradit Dynus in d. cap. quod semel. extra de reg. iur. & in consil. incipiente. Titius habens tres filios. Et dum dicitur de eius qualitate, subdit Castren. de dicta clausula intelligendum esse, seu de verbis derogatoriis, & ita inquit intelligendam esse glos. in d. §. in legatis. Et illud, quod dixit specialiter Dynus in d. cap. quod semel, pariter eodem modo intelligit, ut specifica mentio & nominatio requiratur, & ideo si fortasse in primo adiecta sit clausula, ut non valeat secundum testamentum, nisi quædam verba contineat, ut pnta Ave Maria: Nam tunc, ut videtur sentire Dynus, in sequenti testamento dici debet, non obstante alio iuramento, in quo dictum sit, nisi illa verba continantur, videlicet Ave Maria: Id ramen non probat Castren. ea ratione, quod haec esset mentio specialis, quam iura illa non requirunt, sed sufficit specialis. Vnde Bart. clarus in d. l. si quis in principio testamenti, inquit sufficere quod videntur verbis specialibus, dicendo, non obstante quocunque alio iuramento, etiam quod in eo continentur verba derogatoria, absque quod ipsum vel verba ipsa specialiter exprimantur. Quod autem requiratur mentio specialis, inde appareat quod

testamēta quædā habeant verba derogatoria: quædam vero non: & ideo constituunt species diuer-
sas, merito non sufficit si dicatur, non obstante alio
testamento, propterea quod tunc generis tantum
nominis vtererut, cū speciei nomine vt oporteat,
vt ibidem inquit Castren. tenuisse Federic. de Senis
in consil. 46. habito, vt assent colloquio cum pluri-
bus Doctoribus iuris civilis. Et sicut tandem concludit
Castren. *eo in loco,* non sufficere etiam secundum
Dynum, & sic non ita specificam & specialem re-
quiri existimarent Bartol. & Federic. in dictis locis:
sed secundum omnes sufficere specialem: quæ tunc
dicitur, cum sit mentio alterius testamenti, ita vt o-
perentur ea verba, etiam quod in eo contineantur
verba, seu clausula derogatoria cuiuscunque qual-
tatis, & sub quacunque verborum conceptione.
Item subdit Castren. *eadem in loco,* constare de iure
quod scilicet iuramentum habet vim clausulæ de-
rogatoriæ, secundum *Ioan. Andr.* qui ita tenuit in si-
ne quæstio. posita super d. c. quod semel placuit & idem
iterum tenet *Bald.* in d. l. si quis in princ. testamenti, ante
finem, per text. in d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de
leg. 2. Secus vero si in secundo testamento nulla ver-
borum derogatoriorum mentio facta sit, sed de te-
stamento tantum: & usus est testator verbis gene-
ralibus dicendo, rumpens & cassans omne aliud te-
stamentum, &c. sub quacunque forma, seu conce-
ptione. Poteſt enim esse forma & conceptio testan-
di valde diuersa etiam absque verbis derogatoriis,
vt quilibet facile scire potest: & ideo per illa verba
de verbis derogatoriis mentio facta non censeretur,
& ideo non sufficit. proinde dicendum fuit sub qua-
cunque forma & sub quibuscunque verbis etiam
derogatoriis. Et ita videtur sentire etiam *Bar.* in d. l.
si quis in principio testamenti, colum. 2. versio. quero si te-
stator dicit sic, cassans, &c. etiam si essent verba dero-
gatoria sub quacunque forma & conceptione ver-
borum, & sic innuit nisi sufficere illa verba, ultra,
vel sub quacunque forma, &c. nisi cohtingantur
etiam prima. Præterea subdit etiam ibidem Ca-
stren. animaduertendum esse, quod † cum verba
derogatoria quædam sint explicita, quædam vero
implicita, vt sunt illa, quæ in testamento includuntur,
vt etiam de hac derogatoriorum verborum
mentio facienda sit, vt puta dicendo, non obstante
alio testamento, &c. etiam quod ibi iuramentum
contineatur. Hoc idem tradidit iterum Castren.
in d. consil. 284. num. 2. eadem volum. 1. subdens ibi in si.
quod si ibi iuramentum de non reuocando conti-
neatur, quia quod iuris est de genere respectu spe-
ciatum, idein quoque esse debet de specie subal-
terna respectu aliarum specierum non subalterna-
rum sub ea inclusarum, idem erit: quandoquidem
respectu eorum loco generis habetur, *argumento l.*
in haue, & quod ibi notatur ff. loca. & l. prima, ff. de de-
catur. & facit illud, quod notat Dynus in c. generi per spe-
ciam, de reg. iur. in 6. Et ideo cum sub hac specie, scilicet
verborum derogantium alia quoque duæ
comprehendantur, videlicet explicitorum & im-
plicitorum, scilicet per iuramentum, merito & de
iuramento mentio omnino facienda est. Et ita sub-
dit sensisse Bartol. existimandum esse, *in d. l. si quis in*
princip. dum inquit, si in testamento continetur iu-
ramentum, vt requiratur specialis reuocatio: Nec
conuenire, si dicatur idem esse si dicatur faciendo
mentionem verborum derogantium, vel dicere fa-

ciendo mentionem de iuramento, quia iuramen-
tum non est clausula derogatoria, sed illius vim ha-
het, & ideo non ita congrue loqueretur testator, si
diceret, etiam si cotineantur verba derogatoria ac
si diceret, etiam si cotineatur iuramentum de non
reuocando. Non igitur, subdit *ibidem* Castren. cen-
setur mutasse voluntatem testator ex quo de iura-
mento primi testamenti mentionem non fecit, &
præsertim cum non præsumatur oblitus iam præ-
stiti iuramenti.

Quærebat stantibus prædictis Imola in c. cum in
cunctis, num. 28. & 31. extra de his, quæ fuit à maiori par-
te capit. quid dicendum sit, si insimul clausula deroga-
toria & iuramentum interueniant? & inquit quod-
dam voluisse, vt tunc iuramentum aliquid addat,
contra dictum habentem clausulam derogatoriæ &
iuramentum infringi non posse: verum ipsem
Bart. qui hanc dubitationem excitauit in d. l. omnes
populi, in 3. quæstio. princip. in fin. contrarium voluit
ea ratione, quod quis sibi legem imponere non
potest.

Primo tamen limitat hanc conclusionem Imola
in d. c. cum in cunctis, num. 31. quando iuramentum
ex interuallo apponetur auctoritate *Ioan. Andreæ* in d. c. quod semel, in f. d. rig. iur. in 6. Et si, vt in-
quit Imola, *Ioan. Andr.* nullo iure, vel authoritate
moueatur, attamen dixit Imola ibi hoc dictum me-
moria mandandum, & animaduertendum, quod
eius dictum forsan procedere potest in clausula
derogatoria, propterea quod si illa in actu solemani
apponatur, vt puta in testamento aliquid operari &
effectum habere posse dicendum videtur: si vero ex
interuallo apponatur, vt puta coram duobus vel tri-
bus testibus, tunc non dicatur actui derogare præ-
cedente maxime testamento solempter confecto,
& coram septem testibus. Si vero clausula deroga-
toria testamento præambulo ex interuallo adiiciatur
coram septem testibus vocatis & rogatis ex quo id
fit in actu solemani non videre. Subdit Imola, quæ-
re operari non debeat, cum fiat in actu solemani &
per ipsum appareat de mente & intentione illam
clausulam apponentis, prout quando in ipso actu
apponitur: in iuramento autem, quia illud ad actus
validitatem & probationem apponitur non requiri-
re, nisi duorum vel trium testium præsentiam,
vt habetur in l. in omni negocio, extra de testibus,
etiam quod ex interuallo iuramentum apponatur,
habeat tamen clausulæ derogatoriæ vim, non se-
cus ac si ipso actu appositum esset. Subdit tamen
Imola dictum *Ioan. Andr.* memoriam mandandum
esse.

Secundo limitat Ias. illud, quod dictum est de
clausula derogatoria, non obstante, apposita in sta-
tutis, vt tollat actum iuratum, vbi cunque statutum
tollitur à lege, vt inquit Ias. in d. l. fin. num. 5. C. si con-
tra ius, vel utilita publit. nam tunc tolluntur etiam
statuta iurata, vt voltur Dom. à S. Gem. in d. cap. cum
non deceat.

Tertio limitatur à Ias. in eadem l. fina. n. 5. quan-
do adesset duplex clausula, videlicet clausula, non
obstantibus statutis, & clausula, motu proprio, vt
voluerunt Ludou. Roman. Imola & Gem. in c. i. col.
penult. de filiis presb. lib. 6.

Quarto limitatur, vt notat Ias. d. l. si quis mihi &
Titio, §. in legis, num. 4. & 5. ff. de leg. i. quod licet in
prima parte testamenti, vel alterius actus, si iura-
mentum

mentum appositum esset, iuramentam subsequenter dispositionem tollat, ob id quod iuramentum vim clausulae derogatoria habeat sequentis dispositionis, ut dixit Ioan. Andr. in d.c. quod semel. & Bart. in l. omnes populi, in 3. quest. princ. in fi. ff. de iusti. & iure. & in d.l. si quis in princ. Et præsertim, quia constitutio subsequens utcunque generalis & derogatoria, actus iuratos non tollit præcedentes, ut est. gl. notabilis in c. cum non deceat, in glos. de electio. in sexto, quam vii singularem notat Ang. in l. l. §. que onerande. ff. quarum rer. actio non dat. & est text. in c. constitutas, extra de rescript. Et facit illud, quod voluit glos. in clement. dum. §. fina. in verbo, pacta, extra de sepult. attamen vbi in eodem testamento est, vel alio actu in principio, non tamen ob id tollit subsequentes dispositiones in eadem dispositione, testamento vel actu existentes. Attamen, ut inquit Ias. ibidem, num. 6. vult, ut clausula media derogatoria legatorum extendatur tam ad præcedentia quam ad futura legata, prout voluit iterum Ias. in l. talis scriptura, in princ. vbi est etiam text. ff. de lega. i. & facit l. 3. §. filius inter medias ff. de lib. & postibum.

C A P. CXXIV.

A R G V M E N T U M.

De effectu iuramenti, ut habeat vim expressi, & quid operetur generalitas cum iuramento coniuncta.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum habet vim expressi.
- 2 Specifica renunciatio vbi requiritur, sufficit generica cum iuramento.
- 3 Renunciatio generalis iuramento firmata excludit fiduciam à legitima.
- 4 Iuramentum non tollit ignorantiam & errorem facti.

Prosequendo ea, quæ proposuimus, illud ultra ius commune habet iuramentum, quod expressi vim continet, ut dixit gl. quam Doctores dicunt singularem, in d.l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. secundo, & Bal. in l. 1. colum. penult. in secunda questio. C. manda. & Ias. in l. sed & si quis. §. quasitum. ff. si quis cautio. & in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoficio. testamen. & probatur in c. ex rescripto, extra de iure. iur. & tradit Boerius in decis. 3. num. 4. volum. 1. & rursus in tract. de offic. & potest lega. in Francia, in prima questio. & tenet Barba. in cons. 52. in fi. & in cons. 55. colum. penult. in princ. versic. præterea volum. 2. Hanc præterea conclusionem sequitur Anton. Gabriel. lib. 2. de iure iuran. conclusio. 4. & Roman in l. 1. §. si quis ita, colum. 10 ff. de verbo. oblig. & Alexan. in l. sciendum, colum. 8. ff. de verbo. oblig. & in cons. 133. colum. penult. vers. & eo forius, volum. 5. & Imola in c. 1. colum. 11. extra commoda. & Barba. in apostil. ad Bal. in cap. 1. de contro. apud parres termin. & Felin. in c. cum contingat, colum. 63. extra do iure iuran. & Bauer. in tract. de iuramen. colum. 2. & Ioan. Crotus in l. filius familias. §. Diuui, colum. trigesimateria ff. de leg. 1. & Ias. in §. item si quis, colum. 2. Institut. de actio. & Curt. iun. in consil. 49. colum. fina. & Detius in consil. 345. num. 4. vers. & ista opinio. & Alexan. in consil. 61. colum. fine. volum. 3. & in consil. 133. colum. penult. volum. 5. & Guido Pape in quest. 128. & Venafri. in consil. 12. & Cassan. in consil. 3. & rursus in consuetudinib.

Burgundia. fol. 287. col. 1. in fi. & Ripa in respon. 5. lib. 3. & Gomes. in §. ite si quis postulante, col. 6. in stir. de actio. & Tiraquel. in tract. de legibus connubia. fol. 233. in fi. & sequen. & Gozad. in consil. 27. col. 6. & in consil. 69. col. 3. & in consil. 87. colum. 3. & in consil. 88. colum. penult. & Alemeicus in tract. de substi. colum. 23. & Ioan. Lopez. c. 1. per vestras, colum. 1. cur. 90. extra de donatio. inter virum & vxor. & Maria. Socin. iunior in consil. 136. colum. fin. volum. 1. Comprobant præterea Anton. Gabriel. hanc coclusionem ibidem, num. 2. ex eo confirmans, quod vbi in primo testamento clausula derogatoria sequentis testamenti apposita est, ut de illa in sequenti testamento specialis mentio fiat, necesse est: Nec sufficit quod in secundo testamento iuramentum apponatur, ut dixit Bald. in d.l. sancimus, col. fin. C. de testamen. vbi etiam eandem opinionem recentiores sequuntur, ut infra sua loco dicemus. Præterea hanc conclusionem, ut iuramentum vim expressi continet, tenet etiam Bened. Stracca. in tract. de mercat. in tit. de decoctoribus, in 6. parte, num. 3. inferens ad casum, qui quotidie evenire potest, videlicet ad eas conuentiones, quas quotidie decocti faciunt cum suis creditoribus qui sæpe modico accepto suis debitoribus qui decoxerunt, residuum remittente vel acceptum ferre solent. Nam ut inquit Ias. post Iacob. de Arena, Roman. & Alexan. in t. fina. ff. de condit. ob turpem causam, si quis malum habet debitorem soluere recusantem, ei partem debiti remittat, ut residuum soluat, poterit creditor illud quod remisi conditione ob turpem causam repetere: id autem dixerunt auctoritate dict. al. fina. ac etiam, ut dixit Ias. quia remittere est dare. l. se mulier. ff. de condit. causa data. & eiusdem opinionis fuit Marsil. in singul. 432. saepe contingit. & eam contra decoctores valde commendat, quibus creditores plerunque partem debiti remittunt, ut reliquum consequantur, prout etiam tradit Boerius in decis. 215. & antequam veniam, num. 8. & refert Ioan. Lopez in dicto capit. per vestras, extra de donatio. inter virum & vxor. in antiquis, numero decimoquinto, dum voluit, pacta cum decoctori bus super pecunia obligata non valere: imo pacti non obstantibus creditores totum exigere posse, si ipsos soluendo esse appareat.

Verum stantibus prædictis, quæ situm vterius fuit, an si creditores modicum accipientes ipsos decoctos non simpliciter, sed cum iuramento à residuo liberauerint, an deinde id quod superest, cosequi possint? In hac dubitatione inquit Stracca eodem in loco, num. 2. in fi. existimare, in dubio voluntatem iuratam ad totius liberationem extendi, ita ut creditores vterius contra decoctores audiri non debeant, nec possint. Et ad hoc inquit pluribus presumptionibus moueri, quæ ab ipso iuramento proueniunt: & ea præsertim, quæ oritur à prædicta l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. secundo, & est, ut actus omni meliori modo quo potest substineatur, ut declarat Paul. Castren. in consilio 12. numero 79. volum. primo, & præsertim, quia ut inquit Bald. in l. prima. questio. secunda. C. commoda. Præterea, quod iuramentum expressi vim habeat, dixit Socin. iunior in consilio 50. numero decimoquarto, volum. 2. & Paris. in consil. 110. num. trigesimo septimo, volum. 1. vbi non nullus etiam easus refert, in quibus vim expressi non habet, & Bertran. in consilio decimo octavo num. 7. volum. 1. & Berrou in consil. 13. vol. 3. & iterum Berrou in rub.

in rub. de prescrip. num. 75. & in c. ad nostram, num. 14. extra de empr. & vendit. & Barba. in consil. 25. num. 16. volum. 1. & in consil. 43. num. 1. volum. 2. & in consil. 70. colum. 3. in fi. volum. 3. Et vt diximus, illa præsumptio d. l. cum pater. §. filius matræ, est ut iuramentum efficiat, quod actus omni meliori modo valeat, ut declarat Calren. in consil. 12. num. 79. volum. 1. & præsertim, quia ut inquit Bald. in l. 1. questio. 2. C. manda. iuramentum expressi vim ita continet, ut vbiunque specialis consensus requiritur, si generaliter iuramentum præstetur satis sit, & eius sententiam Roman. approbavit in l. prima. §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. & Alexan. in consil. 133. super quæstis, numero 11. vol. 5. & Decius in consil. 432. n. 25. cum sit. & rursus in consil. 104. viso diligenti. conf. n. 9. Et ex his verbis facile inferri potest, per gratificationem si quid decocto remissum sit, remissum fuisse. Hanc eandem sententiam tenuit Ioan. de Amic. in consil. 12. num. 34. & Gozad. in consil. 69. videtur prima facie, num. 19. & sequen. & si, ut ipse Stracca. attestatur, complures sint qui Bal. sententiam reprobent, ut dixit etiam Ias. in d. l. sed & si quis §. quæstum, in fin. ff. si quis cautio. & in consil. 173. colum. penult. volum. 4. & Boerius in decis. 3. Et hoc ita verum esse arbitratur, ut idem sit si constet residuum debitoria à creditore, qui soluere recusabat, iuramento remissum esse: nam illud quod remissum est, ut ob turpem causam datum seu remissum ob iuramenti religionem repeti non posse existimauit, ut ibidem Ias. ipse prosequitur, ad quem me breuitatis causa refero. Præterea, quod iuramentum habeat vim expressi, tenet etiam Matthæus Affl. in decis. 174. num. 5. & idem voluit Mari Freccia in tract. de presentatio. instrum. parte 9. quæst. 15. numero 4. quærens in materia præventionis, an præventioni in specie renunciandum sit, vel generalis renunciatio debitoris omni legum auxilio, cum aliis solitis clausulis in contractu apponi sufficiat, & inquit semper sufficere existimasse, & mouetur ex eo quod in ea curia non sit ritus, qui disponat præventioni in specie vel expressum renunciandum esse, quo sit ut generaliter fieri posse intelligendum sit. Verum prædictis non obstantibus, subdit si in contractu adsit iuramentum, specialiter renuntiatum censeri, per text. in d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Et ideo dixit Bauer. in d. tract. de virt. iura. 2. quod vbi alias specifica + renunciatio requireatur, satis est si generalis cum iuramento accedit, ut ibi latius tradit Marin. Freccia. Præterea idem habetur in Decis. Pedemon. 155. num. 5. vbi habetur quod in contractu locationis iurato teneatur empator stare colono, ut supra etiam dictum est, ac etiam à quolibet singulati successore. Idem præterea tenuit Franc. Marci in questio. 326. num. 10. volum. 1. dum loquitur de donatione facta à patre filio: & rursus idem Franc. Marci in questio. 217. volum. 2. & Deside. Guid. in consil. 170. num. 14. & 15. in primo volum. consil. ultim. volum. diuers. & Port. Imol. in consil. 143. num. 19. vbi loquitur de casu, in quo emphytetae ob damnum in re emphytistica illatum remissio non sit, ut puta si tale damnum ob bellum illatum sit, & vult colonum de remissione mercedis ob aliquam iustum causam, ut puta belli excipere non possit si in instrumento doli exceptioni renunciavit sine causa, & omni auxilio, & in instrumento appositum sit iuramentum, & mouetur ea potissimum ratione, quod iuramentum vim specialis con-

sensus habere videatur, ut supra late dictum est. Idem præterea voluit Iacob. Menochius in consilio 27. numero 8. volum. 1. vbi & ipse quoque de conductor loquitur, qui omnem periculum casus fortuiti, omnemque aduersam fortunam in se suscepit, & ipse quoque eadem ratione mouetur, quod in instrumento post enumeratas varias casuum fortitorum species generalis clausula quod conductor teneatur ad omnes & quocunque casus quoquo modo contingentes adiecta est, quæ quidem verba comprehendunt, ut inquit Decius in dicto consilio 551. numero 4. & Ripa in tract. de peste, in tit. de priuileg. contract. num. 77. Et ideo magis confirmari inquit, si additum sit iuramentum, ex quo vim expressi habet. d. c. ex rescripto, extra de iure iuram. Et ideo inquit, eum teneri de quolibet casu fortuito, ac si quilibet in specie esset expressus, ut dixit Bal. in l. 1. quest. 2. C. commoda. & alios recenset Ripa in d. tit. de priuileg. contract. in tract. de peste, num. 82. & 83. Quibus accedit in specie Alexan. in consil. 3. num. 5. volum. 1. & Ias. in consil. 107. in ciuitate Sauona, colum. 2. versic. multum pondero, volum. 1. & Decius in consil. 552. in fin. & Neuza. in consil. 66. num. 25. & in consil. 57. in fi. & idem voluit etiam Roland. à Valle in consil. 13. num. 3. volum. 1. & iterum Reland. à Valle in consil. 99. num. 20. volum. 4. Et Cagnol. in l. 2. num. 92. C. de rescindē. vendit. subdens quod licet text. in d. l. cum pater. §. filius matrem, cum glos. ff. de leg. 2. loquatur in ultima voluntate, vbi latior quam in contractibus fit interpretatio: attamen idem quoque in contractibus ob ipsum iuramentum esse arbitratur, cuius obseruantiam animæ plurimum fauere certum est: quo sit, ut extendi debeat & soleat, ut dixit Bar. & sequuntur alii in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Vnde etiam fieri censem, quod iuramentum vim specialis renunciationis habere dicatur; & expressionis casus fortuiti, vbiunque generalis renunciatio non sufficeret, ut late tradit Ias. in consil. 207. volum. 2. & Ruin. in consil. 6. volum. 2. & Roman. in consil. 410. colum. 7. & in consil. 517. colum. penultima, & Barba. in consil. 25. colum. 7. cum sequen. volum. 1. & Alexan. in consil. 28. in fi. volum. 1. & in consil. 95. in fin. volum. 4. & in consil. 133. colum. 5. volum. 5. & in consil. 181. colum. 2. eodem volum. & Aquens. in l. si quis maior, colum. 3. C. de transactio. & Socin. in consil. 147. colum. fi. volum. 1. & Bologn. in consil. 3. colum. fin. & in c. cum super, colum. 3. extra de offic. deleg. & Bauer. in tract. de virt. iur. fol. 1. & Ias. in d. consil. 207. & Decius in consil. 26. colum. 2. & in consil. 180. colum. 3. & in consil. 345. & in consil. 404. colum. 3. & Curt. iun. in consil. 21. & Ripa libro delegi sexto responso, col. 5. versic. non obstat tertia ratio. & Ludou. Gozad. in consil. 32. & in consil. 69. colum. 3. & Paris. in consil. 20. & in consil. 32. & in consil. 96. volum. 1. & in consil. 16. volum. 2. Et subdit Cagnol. iam pluribus annis elapsis consuluisse pro D. Ioanne Marescalco Sabaudiensi, quod per generalem + renunciationem iuramento firmatam, filia excluditur à legitima, & ab eius supplemento, ex quo iuramentum vim expressi habet ac specifici consensus: & ideo ei censeatur in specie renunciatione. l. si quando, §. 1. & generaliter. C. de in offic. testamen. Et deinde inquit pro eodem idem tenuisse Decium & alios. Præterea hanc quoque conclusionem, quod censeatur legitime renuntiatum, voluit etiam Socin. iun. in consil. 50. num. 19. vol. 2. dummodo de ea saltē in genere sit cogitatum, ut late ibidem ipse prosequitur, & addit quod renuncians iure=

lare iurando hæreditati, etiam legitimæ renunciasse intelligendum esse. Mouetur autem ibi contrarium tenens ex eo quod hæreditati paternæ simpli- citer renunciatiū non fuit, sed generaliter amplissi- mis verbis, videlicet omnibus & quibuscumque iuri- bus sibi cōpetentibus in bonis & hæreditate, &c. & voluit, vt in illa generalitate comprehendantur etiam legitima, cum sit vnum ex dictis iurib. Nam qui omne dicit, nihil excludit. *I. Iulianus*, in *princ. ff. de leg. 3.* & *c. si Romanorum, 19. distinct. cum vulgarib.* Erid potissimum locum habere arbitratur, vbi ultra il- lam renunciationem dicitur ideo illam renunciationem fecisse, vt patri liceret ad libitum suum dis- ponere, nolens q̄: cquām ex quacunque causa seu occasione petere posse: ex verbis enim ita large & ample prolati etiam de legitima saltem in genere cogitatum fuisse manifeste apparet, & sic quod et- iam ei sub illa generalitate renunciare voluerit si- mul cum eo omnibus iuribus contra prædictam renunciationem facientibus: Et ideo subdit Socin. *ibidem, num. 19.* indubitatem esse illam conclusio- nem, quod iuramentum vim particularis expressio- nis contineat, quando scilicet saltem in genere de eo, cui renunciatur, cogitatum apparet.

Contrariam autem opinionem, de dote scili- cet & legitima, quod ei etiam stante iuramento re- nunciatum non intelligatur, tradit Desiderius Gui- doin *confilio 170. numero duodecimo, in volum. confil. vi- tima volunt. diuerso.* Mouetur autem ex eo primum, quod renunciatio sit stricti iuris, & in ea expressa tantum comprehendantur, vt ex pluribus confir- mat Decius in *confil. 379. numero tertio*, & rursus idem Decius in *confilio 419. numero decimonono*, & Calderic. in *confil. 5. in tit. de præben.* & Calderic. in *confil. 120. Ti-*
tius se obligauit, in fi. & Paris. in confil. 12. num. 94. vo-
lum. 2. & rursus idem Paris. in *confil. 10. num. 20.* & 21.
volum. 4. & Curt. iun. in *confil. 23. num. 1. volum. 1.* dum vult, vt quamprimum generalis renūciatio aliquid efficit, renunciatio restringatur, vt minus renu- cianti p̄ejudicet, quam sit possibile, vt est text. & ibi gl. & Bar. & communiter Doct. in *l. si domus. ff. de fer. vrb. præd.* & in *c. odia restringi, de reg. iur. in 6.* & tra- dit Aymon Crauet. in *confil. 42. num. 2.* & est etiam tex. & ibi tradit Bart. in *d. l. sed & si quis. §. quæstum. ff. si quis cauio.* Et ideo vult quod vbi in quietatione de dote mentio non sit, merito sub generalitate verborum comprehendatur, dicendum non sit: Nam cum in generalibus effectum suum inducat, in aliis non referre, quod iuramentum expressi vim habeat, propterea quod in eo casu ad dotem & legitimam ex præsumptione defectus consensus non extendi- tur, cum quis verosimiliter in generalitate verbo- borum concessurus non sit dotem vel legitimam. Hæc sine cum expressis præualeant, merito vt non includatur, vt voluit Bal. in *l. 1. num. 4. C. commod.* vbi etiam Sal. *num. 12.* & antea Cyn. *num. 5.* & deinde Bar. in *d. l. si quis. §. quæstum.* *num. 4. ff. si quis cauio.* & ibi- dem Ang. *num. 3.* & Bal. *num. 3.* & 5. & Iaf. *num. 43.* & Zafius in *tract. de feud.* *num. 60. quæstio. 7.* & Aymon Cra- uet. in *confil. 70. num. 20.* & 21. cum seq. & in *confil. 88. nu-*
mero 8. & Corn. in *authen. sacramenta puberum, num. 88.*
C. si aduers. vend. Nec quidem mirum est, cum re- nunciatio à consensu renunciantis dependeat; vt inquit Castren. in *l. si mulier. §. si mulier. num. 4. ff. ad Velleian.*

Stantibus prædictis limitabant præcedentem

conclusionem, vt iuramentum generaliter in eis præstitum, quæ specificari debent, ad ea extenden- dum non est, quæ specialiter exprimi debet, vt vo- luit gl. ordin. in *d. auth. sacramenta puberum, & Bal. in d. §. quæstum, num. 6. in fi.* Et quod in generali renun- ciatione iuri petenda legitime vel dotis renuncia- tum non censeatur, etram quod iuramentum in- terueniat, firmat Castren. in *confil. 73. num. 3. volum. 1.* quod est repetitum in *confil. 265.* & Ludou. Roman. in *confil. 517. num. 24.* & 25. dum inquit, verum esse, iura- mentum scilicet defectum solemnitatis supple: secus vero substantialitatis: id quod tenuit etiam Franc. Aret. in *confil. 24. num. 4.* & Dec. in *confil. 301. num. 3.* & 10. & 12. par. 2. & Steph. Bertran. in *confil. 9. num. 1.* volum. 3. & in *confil. 7. num. 7. vol. 2.* Et ante eos idem voluit Guliel. de Cuneo in *l. de his. ff. de transactio.* vbi Angel. *num. 3.* & idem quoque verum esse & pro- cedere arbitrantur, si in ipsa renunciatione dica- tur, quod renuncians est tacitus & contentus, vt ibi concludit idem Bal. in *fi.* & idem tenuit Alex. in *confil. 89. num. 14. vol. 4.* & in *confil. 8. n. 21.* & 22. *vol. 3.* & Beres. in *decif. 3. num. 7. 8. & 9.* & 10. *vol. 1.* & rursus Boerius in *tract. de potest. legari à latere. quæst. 1. num. 37.* Id quod videtur satis cōprobari ex eo, quod habemus quod verba legis restringuntur, vt non comprehendant p̄ejudicium dotis, & p̄esertim cum sit dotis pri- uilegium speciale, vt in generali elocutione nun- quam includatur, vt voluit ibidem Bal. nouel. in *d. l. 1. num. 237.* Et sic ex prædictis manifeste apparet, generalem quietationem, seu renūciationem non obstat, quin residuum peti possit.

Stante hac conclusione, non obstant ea qua in contrarium deducuntur, & primum illud, quod dixit Decius in *confil. 26.* propterea quod in illo ca- su aderat expressa dotis & legitimæ renunciatio, id quod potissimum locum haberet, vbi statutum dis- poneret, vt donationes, venditiones, alienationes, remissiones, cessiones & quietationes quartūcunq; rerum, actionum & iurium sine consensu duorum vel trium propinquorum, vel saltem scientia con- sanguineorum, vel affinium, & sine iudicis decre- to & insinuatione facienda in actis à minoribus, vel etiam mulieribus maioribus factæ non subsi- stenter, etiam quod duplex fuerit præstitum iura- mentum, vel simile, est tamen de validitate huius statuti quærendum.

Subdit etiam non obstate illud, quod dixit Petr. de Ancharan. in *confil. 413.* cum ibi non tractetur de dotis seu legitimæ supplemento, sed de successio- ne, cui expresse fuit renunciatum: Et ideo si in eo capite tex. in *d. c. quamvis, de pact.* in *6. locum non ha-*
bet, mirum non est.

Subdit præterea non obstate illud, quod dixit Alexan. in *d. confil. 42. num. 8. volum. 1.* cum in illo ca- su de legitima non tractaretur, seu de dote, quas es- se valde priuilegiatas nemo ambigit. Nam, vt di- cunt communiter Doctor. in *d. l. sed & si quis. §. quæ-*
stum. ff. si quis cauio. & Bal. in *l. obseruare. §. aliquan-*
do, numero 8. ff. de offic. procons. & lega. generalis re- nunciatio non solum expressam, sed etiam alia quæ tamen expressis maiora non sint includit: & ideo vbiunque in generali renunciatione nihil expressum reperitur, quod non sit æque priuilegia- tum, vt dōs & legitima, quibus renunciatum non intelligitur. Nam clausula, non obstantibus qui- buscumque priuilegiis, licet priuilegium clausum

in cor.

in corpore iuris non includat, ut inquit Archidia-
co. in cap. 1. extra de constitutio. & est tex. in cap. penult.
extra de capel. monachò. & in capit. nonnulli, extra de
testibus. Ita in generali renunciatione dos seu dotis
causa non comprehenditur, vt in terminis tradit
Paul. de Cittadi. in tract. de iure patrona. num. 26. Et
id eo magis procederet statite statuto, de quo su-
pta, cum tunc essemus in prohibitis non solum iu-
re municipal, sed etiam communis, ut habetur in di-
cta authen. sed quamvis. Cod. de rei vxor. actio. Nec con-
cludenter arguitur ab his, quae sunt stricti iuris, ut
sunt quietationes, quas tales esse supra ostensum
est, ad ultimas voluntates, quae late interpretantur,
nec econtra, ut satis late dixit Alber. de Rosate in 1:
partie statuto, quæstio. 9. Nam licet aliquando argua-
tur à contractibus ad ultimas voluntates, & econ-
tra: id tamen tunc procedit, vbi eadem ratio est, &
quando de derogando legi non tractatur, ut dixit
Bal. in l. vnic, C. de Fus. Cani. tollen. & in c. inter cetera,
extra de rescript. Et ideo quando diuersa est ratio ob
id quod legibus & statutis derogatur, contrarium
dicendum est.

Verum ad principalem conclusionem, de qua
supra redeundo, quod iuramentum vim expressi
contineat, tenuit etiam Tiraquell. in tract. de legibus
coniubial. in titulo seu v. rbo, expref. glos. quinta, num-
ero 50. & Nicol. Boerius in consil. 28. num. 21. & Ioan. de
Amic. in consil. 12. num. 34. Et loquitur de iuramento
apposito in pacto & capitulatione: & dicit habere
vim expressi, & perinde esse, ac si omnia expresse
dicta essent & narrata, ut ibi latius ipse prosequitur.
Item loquitur de capitulatione pacis initæ inter
Regem Catholicum & Regem Christianissimum.
vbi inter alia dicebatur, ut Princeps & alii proceres
partes Christianissimi Regis secuti in possessionem
suorum dominorum & omnium aliarum restitu-
rentur, quarum possessores tempore pacis ruptæ
seu initi belli apud Tripaldum spoliati. Accidit, vt
prædicti Principes aliquibus bonis spoliati essent,
& partim Domini seu status à militibus Regis Ca-
tholici: nonnulli autem moto iam bello à Rege
Christianissimo, & cum dubitaretur, an ipsi Prin-
cipes restitui deberent tam ad bona, quibus spo-
liati fuerunt à Rege Christianissimo, quorum pos-
sessores erat tempore morti belli, quam ad alia qui-
bus fuerunt spoliati à militibus & exercitu Règis
Catholici: decidit quod ex quo in tali capitulatio-
ne appositum fuit iuramentum. & dictum vt inte-
græ restituerentur, ad omnia bona extendatur, non
secus ac si de eis expressa mentio facta esset. Rursus,
quod iuramentum habeat vim expressi & specifi-
ci, tradit Socin. iun. in consil. 129. num. 11. volum. 2. &
iterum Alexand. in consil. 133. num. 11. volum. 5. dum
vult, quod cum esset ibi promissum dotem resti-
tuere integræ sine ylla exceptione iuris vel facti, hu-
iustimodi generali promissioni si iuramentum acce-
dat, vult intelligendum esse renunciatum etiam ex-
ceptioni, quam habet maritus, ut non conueniatur
ultra quam facere possit, & præsertim si tempore
promissionis sit pauper, & ideo restituere non pos-
sit. Item hanc conclusionem tenet Decius in consil-
lio 432 num. 25. par. 3. & in consil. 404. num. 10. in ead.
par. 3. Vbi vult, ut propter iuramentum contractus
videatur factus nomine sedis Apostolicæ ob id
quod eo valde efficacior redditur, cum ob mortem
Papæ extinguitur, & iterum eandem opinionem

tenet Decius in consil. 345. num. 2. part. 3. vbi infert
verbis generalibus & prægnantibus fideicommissum
remissum censeri, & si non accedente iura-
mento res admodum dubia, ut ipse inquit, videar-
tur: & loquitur de fideicommisso iam purificato. &
mouetur ea ratione, quod in genere comprehen-
datur, & de eo videatur in genere cogitatum. Ean-
dem conclusionem sequitur Bertran. in consil. 88.
num. 4. volum. 2. & loquitur in beneficio diuiden-
darum actionum: sed ibi erant quam plurimaverba.
Iterum eandem conclusionem firmat Bertran.
in consil. 181. num. 5. eodem volum. 2. vbi etiam præsup-
ponit quod in quietatione, de qua ibi, essent verba
satis prægnantia. Iterum eandem conclusionem
firmauit Bertran. in consil. 284. num. 8. & 9. volum. 3.
& iterum Bertran. in consil. 103. volum. secundo, & Curt.
junior in consil. 49. numero decimoquinto. Præterea
hanc conclusionem, quod iuramentum habeat vim
expressi, iterum firmat Berrou in consil. 201. numero
5. volum. 1. & in consil. 177. numero 19. eodem volum. 1. &
Curt. senior, & Lancel. Decius communicatio colloqui,
in consil. 43. num. 13. & loquitur Berrou in d. consil. 177. de
renunciatione. l. de his. ff. de transactio. prout dixit etiam
Imola in d. c. cum contingat. colum. penult. versu. & circa
quintam, extra de iure iurian. & Cardin. Alb. in d. l. de
his. numero secundo, ff. de transactio. & Ioan. Lopez. in
rub. extra de donatio. inter virum & vxor. numero deci-
moquinto, & rursus in c. per vestras. §. 12. num. 23. extra
eod. tit. & ibidem num. 22. loquitur de illa exceptio-
ne, ut non possit conueniri, nisi in quantum facere
potest. Hanc eandem conclusionem, quod iura-
mentum habeat vim expressi, tenet idem Cephal.
in consil. 94. num. 7. vol. 1.

Contrariam vero opinionem, quod imo iura-
mentum non habeat vim expressi, tenuit Bart. in d.
l. sed & si quis §. quæstum. in si. ff. si quis cautio. & ibi tra-
dit Bald. colum. fin. & Ang. in colum. fin. & Alex. in consil.
28. colum. fina. volum. 1. & in consil. 31. colum. 2. volum. 2.
& Ioan. Andr. in cap. 1. colum. fina. extra commoda. &
Abb. colum. fin. & ibidem Anton. à Butrio. & Petr. de An-
char. & Bal. in cap. 1 de controversi. apud pares termin. &
Secin in consil. 70. colum. fina. volum. 3. & in consil. 103. col.
2. in eodem volum. 3 & Ias. in d. §. quæstum. colum. fina.
& ponit idem Ias. in consil. 173. colum. penul. & sequen. vo-
lum. 2. & iterum Ias. ex mente Bal. ibidem voluit in l. si
procurator. colum. prima, in secunda, ampliatione ff. de
conditio. indeb. & clare loquens voluit Curt. senior in
consilio septuagesimo sexto. colum. 7. & Grat. in consil. 15.
colum. secunda. volum. primo. & Thom. Grammat in de-
ciso. 57. num. 27. & Ruin. in consilio sexto. numero octauo.
volum. secundo, qui assertit hanc esse communem op-
inionem.

Subdit tam en. Anton. Gabriel. in loco supra re-
lato. num. 3. has contrarias opiniones ita concorda-
ri posse: Aut enim, inquit ipse, consensus deficit in
dispositione, unde est ut dispositio generalis non
operetur: & tunc etiam quod iuramentum accedit,
operari non poterit, ut declarat Salycet. in l. prima,
C. commod. & sequitur Alexan. in d. consil. vigesimoctauo.
colum. fina. volum. 1. & in consil. 31 colum. penult. vo-
lum. 2. & idem voluit Ioan. Andr. & Abb. in cap. 1. extra
commoda. vbi tradit etiam Butrius. & Petr. de Anchar.
& Alexan. in l. i. §. si quis ita. colum. 3. ff. de verbo. oblig. &
in consil. 94. colum. fina. volum. 4. & Paris. in consil. 20.
colum. fin. vol. 1. & in consil. 90. col. 5. eod. vol. & in consil. 12.
col. 11. vol. 2. & in consil. 49. col. 6. & sequen. volum. 3. &

Grat. in consil. 64. col. fin. vol. 2. & Ruin. in consil. 6. col. fin. volum. 2. & Berous decis. 3. num. 7. & 8. vol. 1. Secus vero si consensus non deficiat: nam tunc iuramentum supplet, vt habeat vim specialis expressionis, & ita procedat prima opinio, vt dixit Bauer. in tract. de virt. iuramen. col. 2. & sequen. & videoas omnino Bertra. declarantem in consilio 28. colum. secunda. & sequent. & in consilio 63. col. fin. volum. primo, in nouis. & in consilio 203. eodem volum. & in consilio septimo, colum. secundo, & in consil. 68. col. pen. volum. secundo, & in consilio 74. col. 4. & seq.

Primum conclusionem limitat Antonius Gabriel. in loco supra relato, nu. 5. vbi cunque factum ignoratur: nam tunc ex quo iuramentum ad ignorantia non trahitur, merito specialis expressionis vim non habet, vt dixit Maria. Soc. iuni. in consil. 129. col. fin. vol. 1. & Paris. in consil. 12. num. 90. vol. 2. nam tunc vim casus expressi habere non potest, nec supplere defectum voluntatis & consensus, vt dixit Decius in consil. 150. in fin. & in consil. 351. in fin. & in consil. 324. in fin. Præterea, quod iuramentum non supplet ignorantiam facti, tenet Pau. Castr. in consil. 70. visio, col. fin. vers. quarto loco. & Soci. in d. consil. 214. col. 7. versi. postremo, volum. 2. & in consil. 103. col. 2. & 3. vol. 3. Et rursus idem Paris. in consil. 20. num. 120. cum sequentibus. vol. primo. & in primis firmando, quod iuramentum casus expressi vim habeat respōdet, quod illud, quod dicitur, quod stante iuramento error allegari non potest, seu ignorantia, vt inquit Bal. in l. prima, Cod. commoda. & gloss. penult. in capit. ex rescripto, extra de iure iurand. & tradit Alex. in consil. decimo septimo, ponderatis, volum. secundo, & Decius in consilio 345. visis, numero quarto, resolutur ex iis, quæ dixit Pau. Castr. in dicto consilio 70. dum vult, vt procedat, quando est error & ignorantia facti, quia ea allegari & probari potest, cum iuramento non suppletur, nec in eis casus expressi vim habeat, nec voluntatis defectum supplet, vel consensum, vt clare patet ex iis, quæ supra deduximus, & ad hoc facit illud, qd dixit Salycet. in l. prima. Cod. commoda, quem refert & sequitur Alexan. ibi in additione ad Baldum dicentem, iuramentum habere vim specialis expressionis in eo, in quo consentitur, non autem in aliis, per tex. in d. l. final. Cod. de non numerata pecun. & voluit Angel. in l. senium, Cod. qui testamen. facere poss. & Decius in dicto consilio 374. in fin. & comprobatur Socinus in dicto consilio 214. colum. sexta, & septima, versiculo postremo, volume secundo. Et idem voluit iterum Paris. in consilio septuagesimo secundo, numero decimo octavo, eodem volume primo, vbi vult iuramentum non firmare donationem quotitatue factam à patre iuramento vallatam, quin per superuenientiam filiorum ipso iure reuocetur, sed de hoc loco suo latius dicetur.

Secundo loco limitatur, vbi factum aliunde pender, & ignoratur: nam tunc non habet vim specialis consensus, nec trahitur ad ignorantia, d. l. fin. C. de non numerata pecun. & ibi notatur, & in c. veniens, & in capit. quemadmodum, extra de iure iurand. & late tradit Lauren. Calca. in dicto consilio decimo septimo, col. fin. & in consil. 25. col. 7. & alibi, cuius consilium subscrivunt Barba. his, & Iacob. de Puteo, & Hiero. de Tort. & Angel. de Vbald.

Tertio limitatur vt dixit Tiraquel. in tract. de legibus connubia. in tit. seu verbo, expres. glos. quinta. num. 50. quando illud, quod generale est, non valet ob

præsumptionem defectus consensus: nam eo casu non subsistit, etiam si iuramentum interueniat, & sic vim expressi non habet, vt dixit Bal. & sequutus est Salycet. in d. l. prima, C. commoda. & dixit iterum Tiraq. in eadem gl. quinta. num. 148. Ratio autem est, quia iuramentum consensum non supplet, vt infra suo loco latius dicetur.

Quarto limitatur, vt inquit idem Tiraq. eodem in loco, nume 154. quando expressum aliquid pro forma requiritur: in eo enim casu iuramentum vim expressi non habet, vt dixit Barba. in consil. quinagesimo quinto, col. penul. volum. secundo. & Stephan. Bertran. in consilio vigesimo octavo, ad maiorem, volumine primo, per ea, quæ voluit Nicol. de Neapo. post Cynum, Riccard. Malum. Iacob. Butriga. Rayne. de Forliuio in l. legitimos. ff. de legit. tutor. Nam cum glo. ibi quatuor enumerasset. quæ tutor facere tenetur, antequam administrare incipiat, & inter cætera quod iuret utilia facere, & inutilia prætermittere, per tex. in §. fi. in Authen. vt hi, qui oblig. addunt etiam quintum, vt voluit quoque Bartol. quod expresse promittat pupilli defensionem suscipere, per tex. in l. fi. §. omnem. C. de administratio. tuto. Quasi satis non sit in genere iurasse, nisi & illud expresse in specie interueniat, quasi pro forma. §. ille omne id exigat, de quo tamen dicto Barto. inquit Tiraquel. eodem in loco supra scriptisse, numero nonagesimo tertio, in secunda limit. & sequent. & subdit Tiraquel. de hoc dixisse in leg. si unquam, in principio, numero 139. versicu. sed quoniam, & iterum, numero 155. sicut & eius. Cod. de reuocand. donatio. Quo autem ad illud quod de forma dictum est, refert se ad ea quæ dixit supra eodem in loco, numero nonagesimo septimo, limita igitur quarto, & sequent. & iterum numero 139. & ex hoc & dicit etiam infra, numero sequen. & iterum num. 181. & ideo cum forma & seq.

Quinto limitatur, vbi cunque esset defectus substantiae consensus, vt dixit Nicol. Boerius in consilio 28. numero vigesimo primo, & rursus idem Boer. in consil. 38. num. 7.

Sexto limitatur, vt iuramentum non supplet defectum alterius, vt dixit Guiliel. Benedict. in dicto capit. Raynati, versit. duas habens filias, nume. 295. extra de testamen. dum inquit, memorie mandandum esse, quod licet iuramentum supplet consensum specificum ipsius iurantis non tamen supplet consensum alterius, qui fortasse actui consentire deberet, vt patet in donatione aduentitiorum filii, vt voluit gl. & Salycet. in l. final. §. filii, Cod. de bon. quæ libe. & idem putare inquit in casu, l. si curatorem. C. de in integr. reslit. mino.

Septimo limitatur in legitima, vt dixit Tiraquel. in loco predicto, numero 155. vt in casu l. si quando. §. & generaliter. C. de in officio. testamen. in quo requiritur specialis & expressa renunciatio, ad hoc vt legitime renunciatum intelligatur, iuramentum non sufficiat, cum pro forma (vt supra diximus) huiusmodi renunciatio exigatur, prout in eo casu voluit Ludoui. Rom. cuius Barba. in dicto l. si quando. §. & generaliter, mentionem non facit, in l. qui superstis, in tertia limitatione. ff. de acquirenda hereditat. & Franc. Aret. in d. l. prima. §. si quis ita, col. 5. ff. de verb. oblig. & antea voluit Bal. in rubr. ff. de iure iurand. column. penult. versic. sed ius canonicum. Licet in hoc postremo casu contrarium voluerit idem Barba. sibi contrarius in consilio vigesimo quinto, scribitur sapienter, 00 colum.

colum. octaua, volumine primo, post Roma. pariter sibi contrarium in d.l. prima, §. si quis ita. Vbi etiam post eum Barba. colum. decima tertia, & Ias. in leg. si quis maior. C. de transactio. Et ait Tiraquel. dixisse in leg. si quis ita. in princip. numero 139. Itidem, quod iuramentum habeat vim expressi in legitima, voluit Guiliel. Benedict. in dicto capitu. Rainutius, & in loco supra relato. numero 294. loquendo in terminis renunciationis legitimae. Et ideo Barba. in dicto consilio quinquagesimo quinto, infert ad easum dicti capitu. Rainutius, & ad legem, si quando, quod non sufficiat generalis renunciatio iurata, & Ias. in consilio ducentesimo septimo. numero tertio, volumine secundo, & vult, ut leg. timae renunciatum intelligatur, & iterum Ias. in l. certum, numero quarto, ff. si certum petat. & iterum in l. si conuenerit, numero 15. ff. de iuris. om. iud.

Octauo limitatur, vbi consensus non interuenit saltem in genere: nam in eo casu iuramentum non supplet. Nam id esset supplere non consensum specificum, sed integrum consensum, quod sane fieri non potest, ut dixit Barbat. in dicto consilio quinquagesimo quinto, colum. penult. volum. secundo. Vbi ponit exemplum, quando quis transigendo iuri sibi ex testamento competenti non visus verbis testamenti renunciaret, vel l. de his, ff. de transactio. Nam in hoc casu cum consensus omnino deficiat, ex quo quis non dicitur consentire iis, quae non vidit, nec cogitauit: ideo tale iuramentum nihil operatur, de quo tamen inquit se dictum latius infra eodem, in versieulo si absque filius moretur, in materia fideicommissariæ substitutionis, & tradit imola in c. i extra de commoda. & Guliel. Benedict. in loco predicto.

Stantibus predictis iuferebat Barth. Soc. senior in consl. 70. n. 1. vol. 3. ad quoddam depositum pro evictione bonorum factum verbis satis amplis, videlicet de defendendo nepotem ab omni lite, quae moueretur de scutatis noningentis depositis vel eorum occasione pro dependentibus, & connexis, & ipsum indemnum conferuare, prout latius ex eo instrumento apparebat, & ideo ut in omnem casum in quo occasione depositi lis villa moueretur, teneatur dicendum videbatur, & maxime stante (ut ipse inquit) iuramento: Attamen Socinus eo in loco tenuit contrarium: & ratio est, quia illud depositum ad culpam deponentis restrictum, & ideo depositarius non tenetur, ut ibi latius per eum. Respondendo autem iis, quae de iuramento dixit, inquit (ut supra dicebamus) quod quando generalis oratio non includit causam, de qua agitur, iuramentum nihil operatur, ut concludunt Bart. Ang. & alii in d. l. sed & si quis, §. quasitum. ff. si quis cautio. & Ioh. And. & alij in cap. primo, extra de commoda. & Bald. in c. primo, in tit. de contro. apud pares curia termin. & Imo. in d. capit. cum contingat, extra de iure iurant. & Alexan. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligat. & alia ibi per eum de indemnitate.

C A P. CXXV.

A R G U M E N T U M.

De effectu iuramenti, quod quis vias soluere iurauit.

S U M M A R I A.

- 1 Vias soluere iurans, an soluere vi iuramentum possit.
- 2 Vias non denunciare iurans, an iure Canonico tenetur, licet absolutionem petere possit.
- 3 Periurus ius suum non amittit.
- 4 Iuramentum appositum in contractu viasario, an valeat.
- 5 Absolutionem à iuramento hæres petere non tenetur, quando petenda sit.
- 6 Vias, an tam de iure civili, quam canonico prohibita sint.
- 7 Iuramento quando quis absolui possit & citari, an debeat pari in absolutione à iuramento. numero 9. & 10.
- 8 Mores contra bonos dicitur illud, quod inducit peccatum.

Efficit præterea iuramentum, vt is qui vias solueret iurauerit, ad eas solueendas iure canonico teneatur, & si absolutionem petere possit, vt inquit Alberic. de Rosate in l. ad hoc. numero quarto, C. de vias. per tex. in l. debitores. ff. de iure iurant. Et ideo Bald. in c. ad nostram. querit, quid dicendum sit, si quis fortasse iurauerit vias non denunciare, & deinde denunciet, & sic in periurium incurrat, an ille vias accepit officio iudicis, ad eas restituendas compelli possit? & respondet compelli posse, propterea quod hæc est potius quedam inquisitio quam denunciatio, & ideo quis ius suum non amittere non debet ob id quod periurus sit, vt notatur in l. alias. ff. de iure iurant. & nos infra de eo qui contrafaciendo iuramento ius suum amittit, latius dicemus. Hinc præterea sumpta occasione querit etiā Bald. in auth. ad hæc, nu. 4. C. de vias, an iuramentum non in contractu viasario appositum subsistat? & gl. ibi dicebat non subsistere. At Canonistæ contrariae opinionis sunt, & volunt seruari debere, nisi Pontificali auctoritate relaxetur, & de Pontificali auctoritate ideo dicere, quia causa cognitio necessaria est, quamquam summarie procedatur. c. i. extra de vias. Id autem verum esse arbitrantur, si ille qui iurauit viuat, eo autem mortuo non eius hæredem absolutionem à iuramento petere non oportere, cum iuramentum morte iurantis extinguitur, vt notat Innoce. in ca. veritatis, extra de iure iurant. de quo infra latius suo loco dicemus. Vnde subdit ibi Bald. quod si quispiam sui interesse causa contractum viasarium esse dicat argumento l. si cui. C. de non nume. pecun. id sane facere poterit, nec dicetur periurus: Et ideo dixit Salycet. in l. si maior, la. secunda, numero sexto. Cod. de transactio. quod vias soluere iurans, non tenetur preces porrigerre ad obtinendum iudicem delegatum in causa viasaria, ante quam absoluere à iuramento petat, vel antequam absolutionem impetrat aliquoquin in periurium incideret, & idem dicit ibidem Saly. de eo, qui in compromisso iurauit, quod prius absolutionem à iuramento petere possit, & deinde de nullitate contractus dicere, vel laudi iniquitate. Et id diligenter notandum arbitratur, propterea quod quotidie in facto contingit. Præterea hanc conclusionem, quod talis iurans vias soluere, eas omnino soluere teneatur, voluit Igne. in authen. ex causa, numero 104. C. de liber. præter. per ea que notantur in dicto capitu. debitores, & in capitulo, cum contingat, extra de iure iurando. & ita inquit non violari iuramen-

iuramentum. Dicunt tamen facta tali solutione, ei qui soluit repetitionem competere tanquam indebita soluerit, quicquid soluit. Vnde est, ut illud iusurandum contractum non conualideret, cum data restitutio eius effectus annulletur: & si quatenus pertinet ad ipsum iuramentum minor ad obseruandum & adimplendum iusurandum compelli possit. Confirmare videtur hanc conclusionem Paul. Castrén, in dicta auth. ad hac nume. 3. versicul. tertio, & ultimo, C. de usur. querens ultimo loco. vnde fit, quod cum clarum & manifestum sit usuras non tantum iure diuino, sed etiam canonico probibitas esse, id limitetur, ut est tex. in cap. quia in omnibus, & in capit. super, extra de usur. & in cap. quoniam multi. quadragesima septima distinctio. & Diuus Thom. in secunda secunda quæst. septuagesima sexta, alias 77. Iure enim civili usurare antiquitus usque ad quandam modum permisæ fuerunt, id quod de iure quoque Authenticorum locum habuit, ante tamen quam Authentic. de ecclesia. titu. emanaret, quæ fuit ex ultimis, quas Iustinianus edidit, & an ea hodie saltem prohibitæ sint, & ex consequenti etiam iure ciuili, cum illa Authentic. mandet, & præcipiat, ut illa quatuor concilia, quæ in Græcia facta fuerunt obseruentur, quibus tota fides Christiana consistit, & gl. prohibitas esse arbitratut ea ratione, quod in concilio Niceno, quod fuit primum, vñus prohibentur. Ergo quod illa Authe. prohibitæ fuerint dicendum est, argumento l. a se toto. ff. de hered. infit. De hoc argumento tractatur in l. prima, C. de summa Trinita. & fide cathol. & loquitur gloss. quam sequuntur Doct. Verum glo. in d. authen. ad hec, alias deducit rationes & non valere inquit iuramentum de usuris præstandis, cuius contrarium voluerunt Canonistæ: & mouentur ex eo quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, & ideo nisi ab episcopo remittatur seruandum esse & usuras præstandas, & deinde repetendas, dict. cap. debitores extra de usur. Eadem Canonistarum opinionem iterum sequitur Castrén: in l. secunda. numero undecimo, ff. de condi. sine causa, patiter vult, ut ille qui usuras soluere iureiurando promittit, tale iuramentum exequi debeat, licet deinde usuras solutas repeterere non prohibeat, ob id quod executio indebita facta videatur, & id est illud quod voluit Barto. in l. prima, in principio, ff. quod vi, aut clam. & in leg. Julianus. ff. de condition. in debiti.

Subdit tamen ibidem Castrén. Florentiæ animaduertisse executione facta ueminem eam retinacere audere, & ideo inquit de hoc ibidem Costre. non leuiter admirari. Hanc præterea Canonistarū opinionem sequitur August. Berous in c. i. nu. 188. extra de iudic. dum patiter inquit, usuras soluere promittentem illas contra naturam usurarum soluere cogi posse & si de iure diuino & canonico nec solui, nec exigi debent, c. cum tu, extra de usur. Et ideo infert iuramentum eam naturam haberet, ut omnino & semper seruandū sit, ubi sine interitu salutis æternæ seruari potest, etiam non inspecta natura & qualitate actus, cui accedit, c. licet mulieres, de iureiur in 6. & c. cum contingat, & capit. si vero, extra de iureiur. Ad hoc tamen animaduertendum est, eorum causa quæ supra dicta sunt, & infra dicentur: nam hec conclusio pluribus aliis repugnare videtur, & primum quod iuramentū non addit oblicationem. Secundo quod regulatur secundum na-

turam actus, in quo apponitur. Tertio, quod non valet contra bonos mores. Quarto, q̄ nō validet auctū, cui iura repugnant. Quinto, vt validet auctum ipso iure nullum, & aliis quam plurimis regulis supra firmatis, & infra firmandis. Hanc nihilominus opinionem Canonistarum sequendo Imola in cap. ex administrationis, numero tertio, extra de iureiurand. inquit, prædictum iuramentum valere & ad soluendas usuras compellere & ardare. Et idem voluit Abbas in secunda quæst. num. ii. inquiens, iuramentum de soluendis usuris in altero extremorum prohibitum esse, scilicet in recipiente, non autem in promittente, & ideo illum qui promittit, illud omnino seruare debere, diuini nominis causa: nam (vt supra late ostendimus) tam ex antiquis quam ex nostris Deo iuratur: subdit tamen eum, qui iurauit absolutionem petere posse. d. c. i. extra de iureiurand. & voluit Bald. in l. non dubium. C. de legib. & in l. final. C. de non numer. pecun. & in l. pactum quod dotali. C. de collatio. & in l. Seiu. & Augerius. ff. ad legem Falsid. & tradit Feder. de Senis in cons. 245. alias 4. Hanc præterea opinionem, quod iuramentum obliget ad solutionem usurarum, sequitur Anto. à Leutis in consilio 18. num. 15. in secundo volum. cons. crimin. diuers. & tradit ibi de poena adiecta pecuniarum quantitatib: quæ in fraudem usurarum adiecta dicitur, ut est communis opinio Docto. vt etiam in non solito fœnerari poena adiecta in fraudem usurarum videatur, per tex. expresum in l. Julianus. §. idem Pomponius. ff. de actio. empt. & per eum tex. inquit Saly. in l. cum allegas. col. quinta. C. de usur. mitari plurimum Doct. tam ciuilis, quam canonici iuris, quod ita in hac conclusione inter se discrepent. Et subdit id fortasse ideo accidere, quod non plene examinent vel discutiant. & hoc dictum refert & sequitur Anania in c. fin. in 10. caute. in versi. ultimo extra materiam istam, extra de usur. & Anto. à Prato veteri in consil. incipiente paucis vitar, quod est insertum in quarto volum. consil. Alexan. & est 49. cel. 5. vbi expresse asserit, hanc esse veriorem & magis communem opinionem, & ita in practica seruandum esse, vt etiam idem patiter affirmat Inno. in c. dilecti, extra de arbitr. Et hoc idem dixit Alexan. in l. stipulatio ista, §. alteri. ff. de verborum obliga. & in consil. 98. rivo instrumento, volum quarto, qui pluribus confirmat & ampliat ea, quæ dicta sunt in dicto consil. quadragesimonono, & si vbi poena facta ad executionem obligationis dictæ summa in fraudem usurarum adiecta non videatur, vt est in pacto pignorum presentationis. vt dixit Jacob. Brutiga. & sequutus est Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum peta. & Butri. in capit. suam, extra de poenis, qui refert ita sentire Specul. in titu. de obligat. & solutio. §. primo. versic. ad primam istam opinionem. Et his non obstantibus concludit huiusmodi poenam vi iuramenti deberi ipse Antonius in dicto consilio decimo octavo, numero decimo quinto. Et id etiam, quod alioquin talis poena exigi non posset, vt in fraudem usurarum adiecta. & id vulgato capit. debitores, extra de iureiur. Ratio autem est, quia huiusmodi iuramentum (vt supra diximus) sine dispendio salutis æternæ, & maxime ipsius iurantis seruari potest, vt est text. in dicto cap. cum contingat. de quo s̄epe mentionem fecimus. Ex parte enim, vt ipsem inquit, usuras soluentis peccatum non infertur, quando ob aliquam necessitatem, aliudve honestum commodum accideret, illam pecuniam etiam sub usuris habere non

solum opus esset, sed etiam nisi fieret ei maximum
damnum vel præiudicium afferret, vtputa si in ali-
qua sua necessitate aliter habere non posset: in eo
enim casu sub vñsuras recipere & ad illas soluendas
obligari, nec peccatum, nec turpitudinem inducit
absolute, cum ob aliquam necessitatem vel aliud
honestum incommode, vt ea pecunia indigeat,
accidere possit: & aliter nisi vñsuras promitterat, eam
habere non possit: tunc enim sub vñsuras recipere &
se ad eas soluendum obligare peccatum non pro-
ducit, nec turpitudinem affert, prout etiam vult &
declarat (vt ipse ait) Diuus Thomas secunda secunda
quest. 7.8. in primo artic. & tradit Diuus Anton. Archiep.
Florenti. in 2. part. sua summa, in 1. tit. cap. 9. versi. ultimo
incipiente, sed nunquid licet ex parte acipientis vñsuras
huiusmodi iuramentum sit turpitudo & peccatum con-
tra probationem noui & veteris testamenti. & ita lo-
quitur tex. in d. c. super eo, cum aliis in contrarium ad-
ductis, vt clare dixit Abbas in dicto c. 1 in tertio notab. ex-
tra de iure iurant. Et clarius Corne. qui satis luculent-
ter discussit intellectum dicti cap. non est obligatorium,
de regul. iur. in sexto. in consil. 294. egregie & seriose,
volum. 4. Et illud idem confirmando sequitur præ-
dictus Anton. à Leutis, & vult iuramentum valere.
Item hanc eandem conclusionem, quod iuramen-
tum ad vñsuras soluendas compellat, tenet Anton.
Rondanellus in consil. vigesimoprimo, numero 19. & 20.
volum. secundo consil. crimin. diuers. & eandem conclu-
sionem firmat Menoch. in consil. vigesimoquarto, nu-
mero 26. volum. primo. vbi pariter vult, iurantem ab-
solutionem à iuramento petere debere, & in eo
iudicium partem aduersam citare debere, & eandem
opinionem sequitur Roma. in consil. 466. numero 4.
Et ideo inquit, in commodum iurantis, vel sibi sol-
uendas non recipere duo remedia esse introducta:
quorum primum est, quod prohibetur vñsuario
iuramentum recipienti, vt illas sibi à debitore ob-
latas non recipiat. capit. tuas dudum, extra de vñsur.
Secundo, quia is qui ita iurat ecclesiæ formam talis
iuramenti denunciare potest. Ecclesia autem eo
comperio vñsuarium ex suo officio, ad vñsuras sibi
solatas reddendas compellere potest, dicto capit. ad
nostram, il seconde, extra de iure iurant. & notatur in cap.
primo, satis plene, extra de iure iurand. Et idem Fely.
in dicto capit. debitores, numero 8. extra de iure iurando.
Quærerit, si fortasse quis iurat seruare statutum de
vñsuras disponens, an tale iuramentum subsistat. &
inquit nonnullos voluisse seruandum esse, per illū
text. sed contrarium decidere Bald. in l. eos. §. super vñ-
suarium. C. de vñsur. propterea, quod plurimum re-
fert, an iuramentum corroboret, Felin. in dicto cap.
debitores, numero decimoquarto, extra de iure iurant. itidem
quærendo si fortasse quispiam iuret vñsuras non re-
cipere, eas iuramento non obstante recipere pos-
sit, inquit non posse: sed restitutionem pauperibus
faciendam esse, vt ipsem notat in summa, tit. de iure
iurant. §. que censeantur, versiculo, quamvis soluam. di-
citur tamen contrarium dicere Bald. in l. secunda, versiculo
quo ad nouam fol. 17. Nam licet iurans non possit re-
cipere, potest tamen eius hæres, vbi debitum cer-
tum est. l. non adea, ff. de condit. & demonst. & ideo al-
teri soluere illud non potest, quod alteri debere
certum est. Nec etiam potest quis illud quod alienum
est in eleemosynas erogare. cap. cum non pu-
tanda. 1. questio. 1. Quinimo potius furti species dici

poteſt alienum alieni ſine domini voluntate elar-
giri. Illud tamen hoc loco quæri potest, apud quæ
vñſuras prædictæ interim ſtare poſſint. Vnde videtur
in hoc caſu fortaffe dici poſſe, tales vñſuras apud e-
piscopum eſſe debere, argumento eorum, quæ notan-
tur in c. cum ſit, extra de iudic.

Contrariam tamen opinionem, quod immo iura-
mentum de ſoluendis vñſuras non obliget, tenet
Curt. iun. in l. creditori. num. 12. Cod. de pact. mouetur
autem ex eo, quod ſit contra bonos mores de iure
canonico, & ideo obligatorium dici non debeat, d.
c. non eſt obligatorium, de regu. iur. in sexto. Illud autem
dicitur contra bonos mores, de iure † canonico, §
quod peccatum inducit uti eſt promiſſio vñſurarum
c. ſi vero, vbi notant communiter Doct. extra de iure iurant.
Et ideo non obſtantē iuramento, ſicut datur repe-
titio, multo magis exceptionem dandam dicen-
dum eſt. & ſi fortaffe dicatur, ſubdit Curt. respon-
dendum eſſe prædicto ca. debitores. respondendo
inquit illum text. nullo modo intelligi poſſe, vbi
aliquis promitteret expreſſe ſoluere cum iurame-
to, & ſic quando à principio clare & expreſſe vñſu-
ras contineret: ſed intelligendum eſſe ſi à prin-
cipio eſt dubium, an contractus ſit foeneratitius: nam
in tali caſu dubio illud magis conſilium eligendum
eſt, vt prius ſoluat, & deiride probando cōtractum
eſſe foeneratitium vñſuras ſolutas repeat. & hunc
intellectum ad illum tex. ſequitur ibi Card. Floren.
& Butrius & tradit ibi Felin. in 3. colum. & hunc in-
tellectum tenuit etiam Barbat. in leg. c. cum acutissimi,
col. 53. C. de fidei commiff. & hanc conclusionem ſequitur
in consil. 4. col. 3. in prin. vol. 4. & Alexan. in consil. 49. nu-
17. volum. 4. Et tradit Bald. in vol. statuto. exclud. fæmi.
in verbo, iuramentum, num. 18. vbi pariter diſtinguit
inter eum qui dat, & eum qui recipit. Præterea
Card. Zobarel. in clemen. vnica, nume. 1. de vñſur. dixit
quinto loco notandum eſſe, quod iuramentum fa-
uens vñſuras, non obligat, prout inquit ibi gloss. ſed
potius dici periurium, vt habetur in cap. 1. de iure iurant.
lib. 6. & dixit etiam Matth. quod cum vergat in pe-
nūculum ſalutis æternæ, ei etiam propria authori-
tate contraueniri poſſe, per ea quæ notat Innoc. in
c. venerabilem, extra de elecio. & hanc conclusionem
ſequitur etiam iterum Alexan. in consil. 49. num. 17.
vol. 4. & Barbat. in c. cum acceſſent, num. 141. extra de
conſtitutio. & Gratus in consil. 11. num. 34. volum. 2. qui
vult iuramentum eſſe nullum, & non obligare, &
ex eo potiſſimum mouetur, q̄tud vñſuras ſint omni
iure prohibita & leges resistant, & ideo promiſſio
ipsarum ſit ipſo iure nulla, cleme. 1. de vñſur. & faciunt
ea, quæ notantur in l. non dubium. C. delegib. & in l. cum
lex. ff. de fidei uif. Et ideo ſubdit ibidem Gratus, iura-
mentum in tali caſu nihil operari.

Imola autem in c. administrationis, num. 3. extra de
iure iurant. tenendo primam opinionem, quod iura-
mentum ſubſtata, & ad ſoluendas vñſuras promiſſo-
rem iurantem cogat, in fine gl. ita diſtinguendo de-
clarat: Interdum debitor ſimpliciter vñſuras ſoluere
iure iurando promittit: interdum vero iurat ſoluere,
& non repete. Circa primum dicit vnum re-
medium eſſe, quod ſoluat & deinde repete, & tūc
absolutio neceſſaria non erit. dict. c. debitores, extra
de iure iurant. Nam ita agendo ſeruauit iuramentum
& deinde eius intentio non ſoluendi locum habe-
bit ex quo ſuum conſequetur: cum iurauerit ſolu-

re, non autem non repetere, & ideo repetere poterit iuramento non repugnante. Secundum vero remedium est, ut antequam soluat, petat a iudice, ut curet iuramentum sibi remitti: nam hoc petere potest, ut est rex. in d.c. ex administrationis. tum etiam quia licet soluere iurauerit, non tamen absolutionem non petere iurauit, ergo ab huiusmodi absolutionis petitione non excluditur, ut patet iuribus supra deductis: & casu quo creditor in ipsa iuramenti relaxatione contumax sit, † poterit episcopus illud relaxare, cum possit etiam absoluere a iuramento illicite praestito. c. si vero, extra de iureiuran. & faciunt ea, que notantur in d.c. ad aures, extra quod met. cau. & id firmat etiam Ioan. And. in addit. ad specul. in rub. de iureiuran. in fi. & facit etiam illud, quod dicitur in c. debitores, extra de iureiuran. Omittendum autem non est, non nullos vt refert Butri. in d. clem. ex administrationis. Episcopū prius relaxare vel absoluere a iuramento quam pars sit contumax in relaxatione vel absolutione facienda: licet ipse in hoc contrarium teneat, propterea quod (ut ipse inquit) duplex est via, & qualibet æquè principalis: una est qua petitur ab episcopo vt cogat creditore ad iuramentum sibi præstitum relaxandum de vsuris soluendis, de qua via tractatur in d. clem. ex administrationis. Alia vero via est, ut absolutio a iuramento ab episcopo principaliter petatur tanquam illicite praestito, & id quod habeatur in de. c. si vero, extra de iureiuran. & in d. cap ad aures, extra quod met. cau. & in cap. 1. & 2. 16. q. 6. intelligitur parte ad contradictionem citata. l. de unoquoque. ff. de re iudic. & in c. inter quatuor, extra de maior. & obed. & notat Ioā. And. in additio. ad Specul. in rub. de iureiuran. vbi expresse voluit citatione opus esse. Subdit tamen Imola. in d. clem. ex administrationis. tutius esse in agendo & practicando seruare formam dictæ decretalis, ut scilicet petatur a iudice, vt cogat creditore iuramentum relaxare, & si deinde contumax sit, iudex absoluat. Aliud vero, ut inquit Butrius, remedium est, quod debitor si conueniat excipere contra agentem vt desistat ab exactione, ex quo si bicompetit repetitio si soluat ac etiam quia petere potest vt ipse creditor sibi iuramentum relaxet: Quod sane tunc a iudice petit, si talem exceptionem opponere potest, prout habetur insimili, in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. vbi etiam per viam exceptionis integrum restitutio opponitur. & in l. nec non. §. exemplo. ff. ex quib. caus. maio. Et facit etiam illud, quod notatur in l. Papinianus. §. si filius de inoff. testam. vbi etiam interdum per viam exceptionis proponitur in officiosum testamētum. Potest præterea iudex, vt inquit Butrius, ex suo officio, ex quo videt creditorem paratum ad exactiōnem, & sic ad committendum peccatum, eum vt desistat a petitione compellere, ut notatur in cap. ex literis, extra de sponsal. in c. hoc videtur. 22. q. 5. & in d.c. tuas, extra de sur. Subdit tamen Butrius id fortasse verum non esse, ex quo iudex nemine petente ad priuatam vtilitatem se intromittere non debet: & præsertim, quando parti aliter subueniri potest, ut habetur in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infecto, & in c. innotuit. in fi. extra de elect. & notavit Innoc. in d.c. ad nostram. il 2. in fi. extra de iureiuran. Quod autem parti hac in re aliter prouisum sit, & remedium habeat, ex eo patet, quod debitor potest soluere, deinde re petere: & ideo se ex suo officio intromittere non

debet, nisi imperatur: secus vero si pars remedium non haberet, vtputa quia iurasset soluere, & non repetere: Nam in eo casu posset Butrii dictum procedere, & proprio loquitur tex. in d.c. tuas, si autem fortasse dicatur, licet iurauerit soluere & non repetere: habet tamen adhuc aliquod remedium, quia potest petere relaxari a iuramento, ut patet ex d.c. ex administrationis, de iureiuran. & sic videatur iudicem ex suo officio se intromittere non debere. Respondet huiusmodi remedium, quod possit petere relaxari iuramento ex quadam æquitate potius quam rigore procedere, & ideo iudicis officium non excludit, quod etiam in æquitate fundatur, per ea que notat gl. in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. & Innoc. in c. ex transmissa, extra de prescriptio. Quod autem possit iudex ex officio se intromittere, quando debitor iurauit soluere, & non repetere, satis probatur ex d.c. ad nostram, il 2. Et ideo hoc expresse tenet Innoc. posset præterea debitor aliud remedium habere per viam denunciationis Euangelicæ: nam licet creditor vsuras nondum receperit: pecare tamen videtur debitorem obligatum retinendo: & ideo potest per viam denunciationis, ut a peccato desistat, & ex consequenti quod obligacionem relaxet, & haec pertinent quo ad primum remedium. Circa vero secundum breuiter inquit Imola eodem in loco, illa remedia quæ dixit in præcedenti competere, tunc competere posse, cum solutio sequuta non est, etiam in hoc calu, cum eadē ratio sit: Immo multo magis dicendum esse iudicem ex suo officio se intromittere posse, ut notat Innoc. in d.c. ad nostram, il 2. extra de iureiuran. Immo inquit in hoc casu posse id quod factum est, iudici intimari, nihil petendo, ad hoc vt iudex facti notitiam habeat & possit ex officio possidere, & in hoc casu, vt inquit Butrius, monitionem præcedere opus non est, prout oporteret si procedatur per viam denunciationis Euangelicæ. Quid autem si iurasset debitor soluere & non petere, nec denunciare, nec querelam villam proponere, nec absolutionem villam petere, nec aliquo modo creditorem in ius vocare, an iuramenti executio impediti possit: Et in hoc casu subdit Imola in d.c. ex administrationis Butrium voluisse huiusmodi iuramentum non tenere, nec impedire, quominus denunciare possit, per ea que habentur in c. quemadmodum, extra de iureiuran. Verum id ibi clare probari non videtur, & ideo inquit huiusmodi debitor tamco aliquo opus esse, qui pro eo denunciet, ut in simili dixit Innoc. in d.c. quemadmodum, vbi refert Ioan. And. super glo. fin. Vel fortasse dici poterit, ut ibidem attingit Ioan. And. eundem si proximi amore principaliter, ne remaneat in peccato, moueat, denunciare posse: at secus si principaliter ad denuncianendum, vt ipse evitet vsuras, vel illas recuperet moueat: tūc enim etiam a denunciatione potius abstinere debet, ne iuramentum impugnare videatur, per ea que habentur in d.c. quemadmodum. in fin. Potest tamen iudex ex officio in hoc casu prouidere, ut habetur in d.c. ad nostram. Posset præterea petere absolutionem ab hoc iuramento, quatenus iurauit absolutionem petere non posse, nec in ius vocare creditorem, in quo casu creditoris citatio necessaria non est, ne debitor iuramento contraueniat, ut dixit Ioan. And. in additi. ad Spec. super rub. de iureiuran. cum autem ab illo iuramento absolutus fuerit, si

petere velit absolutionem à iuramento de soluendis usuris præstito, vel non repetendis, partem citare debet, siue ipsum creditorem, per ea quæ supra dixit, & qua notauit Ioan. And. in predicta additio. Addendum prædictis est illud, quod dixit Neuizanus in consil. 21. nu. 15. referens dictum Bal. in cap. 1. col. 1. extra de iure iurant. vbi voluit etiam Felyn. colu. 10. & Barb. in l. cum acutissimi. col. 49. C. de fidei commi. & dicit ita respondisse legato Bononiae, quod licet ille textus in usuris locum habeat, aliter tamen esse intelligendum, quando expresse & explicite quis iurat soluere sortem & ceterum pro usuris: nam ex quo tunc vitium exprimit in iuramento, dicitur vitium ipsum in forma esse, & ideo tale iuramentum non obligare, & ita limitat d.c. debitores. Et ideo etiam tale iuramentum non procedere, si usuræ in ipso instrumento nominentur.

C A P . C X X V I . A R G U M E N T U M .

Iuramentum an validet contractum prodigi, filii familiæ aut adulti sine auctoritate curatoris factum.

S U M M A R I A .

- 1 Iuramentum, an validet contractum prodigi, cui sit bonorum suorum administratio interdicta.
- 2 Iuramentum non obligat filium s. bona aduentitia alienantem.
- 3 Iuramentum an validet contractum adulti celebratum sine auctoritate curatoris.

Fuit etiam quatenus pertinet ad hanc materiam iuramenti, apud antiquiores quesitum, † an contractus prodigi eius iuramento confirmetur? & quod confirmetur satis late habetur in decision. Tholosana 498. Vbi cum quereretur utrum contractus prodigi, cui fuit bonorum suorum administratio interdicta, iuramento firmaretur: ipsum omnino confirmari decisum fuit, & ratio est, quia æquiparatur pupillo pubertati proximo in acquirendo, vt notatur in l. is cui. ff. de verb. oblig. qui cum ex delicto obligetur, vt ibi notatur, & in ca. 1. & 2. extra de delict. puer. Ergo & iuramento obligari dicendum est: & id si sit sensus capax intelligendum est, & aliud extrinsecus non accedit. & licet ei sit administratio interdicta, iuramentum interdictum intellegitur: nec interdici quidem potest. Hanc præterea conclusionem tenuerunt Anto. à Butrio & Abbas Sicul. in c. cum contingat, extra de iure iurand. & Immola car. 29. & 30. & Lud. Roman. & Franc. Aret. in d. l. is. cui. & iterum idem Abbas in sua disputatione, qua incepit stante statuto. & Bald. in l. pactum, in 7. quest. C. de collatio.

Contrariam vero opinionem tenuerunt Iac. de Arena, Bart. Bal. sibi contrarius, & Ang. in d. l. is cui, & iterum Ang. in l. si quis pro eo ff. de fidei iuss. & Bal. in l. 1. in lectura, col. 4. C. de sacro sanct. eccles. & in l. 2. quest. 10. C. de rescind. vendit. & in l. 1. ff. de curat. furio. & iterum Bart. & Bal. in l. qui habet ff. de tutel. & Feder. de Senis in consil. 31. & Ang. Aret. in §. item prodigus. Instit. quib non est permis facere testam. Et Bal. in d. l. pactum, dixit, quod si prodigus cum curatore iurauit, tene-

at contractus, & procedit opinio Bart. Verum subdit illa additio ad dictam decisi. Tholosanam, opinionem Butrii & aliorum esse tutiorem rationibus & motiuis, quæ deducuntur ab iis, qui hanc opinionem sequuntur in d.c. cum contingat. & ab Abb. in d. quest. Hanc præterea opinionem sequitur Steph. Bertran in consil. 189 num. 3. vol. 3. vbi ait prodigi iuramentum non valere, nec ipsum obligare, vt inquit voluisse Bart. Bal. Pet. de Anch. Ang & Pau. Castr. in l. is. cui bonis ff. de verb. oblig. & Feder. de Senis in d. consil. 31. minori quindecim annis, & Bal. in d. l. 1. colu. 4. & in l. fin. §. filius autem. C. de bonis, qua liber. & Iaco. de Arena in d. l. qui habet, in princ. ff. de tutel. & Saly. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. & Alex. in d. l. is. cui bonis. Rationem autem huius conclusionis eam in dicto consilio afferit Bertran. quod iuramentum eum sanæ mentis repræsentat, vt dixit Iaco. de Arena in d. l. qui habet ff. de tutel. Hanc conclusionem extendit ibidem Bertran. ad filium familias, & vult ut iuramentum non obliget † filium familias bona aduentitia alienantem, prout etiam voluerunt Ange. Saly. & Pau. Castr. in d. l. fin. §. filius autem. vbi inquit Castr. quod consulendo non recederet ab auctoritate Bal. & Ang. Et rursus hanc eandem conclusionem tenuit Castr. in l. & heredi. §. filius famili. ff. de pact. vbi etiam refert, quod cum in facto accidisset, fuit à quamplurimis consultum, iuramentum non subsistere: & se etiam pro hac parte consuluisse attestatur motus iuribus & rationibus, de quibus ibi, & subdit quod quando iudex aliter pronunciaret, iuramentum scilicet in præjudicium patris seruandum non esse, male pronunciaret. Præterea, quod iuramentum non confirmet contractum prodigi, cui bonis interdictum est, tenuit etiam Curt. iun. in consil. 53. nu. 5. vol. 1. prout voluit Bar. qui magis communiter recipitur in d. l. si quis cum aliter. in fin. ff. de verborum obligat. Et hanc conclusionem extendit etiam ad contractum adulti curatorem habentis, † quando sine auctoritate curatoris celebratus est ea ratione, quod talis adultus prodigo æquiparatur, cui bonis interdictum est, vt clare dicit text. in d. l. si curatorem habens. Et hæc inquit maxime procedere in impubere doli capace & pubertati proxime. & rursus idem Curt. iun. in consil. 152. num. 7. vol. 2. & Alberi. in l. qui habet. num. 5. ff. de tutel. Et mouetur ex eo quod in prodigo nulla sit voluntas & ideo nullum sit iuramentum. Item hanc conclusionem videtur teneret Bal. in consil. 259. num. 1. vol. 2. & iterum Bal. in consil. 391. num. 2. cum sequ. volu. 5. vbi declarat ipsius prodigi qualitatem & tradit Tiraq. in d. l. si vnquam. in præfatione. nu. 146. Item hanc eandem conclusionem, quod iuramentum prodigi non obliget, tenet Vitalis Campanus in tract. de clausul. in c. sed nunc restat videre. num. 38. pag. 779. vide Bal. in l. rem maiores. num. 13. C. de rescin. vend. & inc. ex parte num. 3. extra de consuet.

C A P . C X X V I I .

A R G U M E N T U M .

Iuramentum quem effectum habeat circa donationem non insinuatam.

§ V M

SUMMARIUM.

- 1 Iuramentum, an suppleat insinuationem, & efficiat ut donatio excedens summam quingentorum solidorum non insinuata subsistat.
- 2 Insinuari donationes olim debebant, quae excedebant summam trecentorum solidorum.
- 3 Insinuatio, quando aucta usque ad summam quingentorum solidorum.
- 4 Summa quingentorum solidorum illius temporis, hodie conficit summam septingentorum scutatorum nostrorum.
- 5 Alienatio rei minoris, quomodo fieri debeat.

Non leuis etiam est Doctorum alteratio, prout etiam aliae apparent in materia iuramenti, an ipsum tamen defectum insinuationis suppleat, & id eo donatio excedens summam quingentorum solidorum non insinuata subsistat. Et dubitationem facere videbatur, quod ut apparebat ex I. sancimus, in prin. C. de donat. cautum erat, ut omnes donationes excedentes summam tamen tercentorum solidorum insinuatæ omnino ad earum validitatem insinuari deberent: quæ quidem summa deinde l. penul. §. fin. C. de donatio. usque ad summam quingentorum solidorum aucta tamen fuit: vnde emanavit regula, ut quilibet donatio excedens summam quingentorum solidorum, tamen non insinuata non subsisteret: qui quidem quingenti solidi hodie conficiunt summam septingentorum scutatorum nostri temporis, ut communis Doctorum opinio interpretatur, ut inquit Bello. in consil. 74. num. 22. Imo Duenas in regula 224. limit. 19. in fin. dicit solidum hodie summam trium millium scutatorum excedere. Est igitur solidus genas nummi, & ponitur etiam pro aureo nummo: & solidi ideo dicuntur, quia iusto & integro pondere essent percussi, non dimidiati, aut trieniales. Inquit enim Lampridius in Alexandro. vestigalia publica in id contraxit, ut qui decem anteos sub Heliogabalo praestiterant, tertiam partem aurei praestarent: tuncq; primum semisses aureorum formati sunt, tum etiam cum ad tertiam partem auri vestigal decidisset tremisses, dicente Alexander etiam quartarios futuros. Sed cum non potuisse per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantum solidosque formari. Ex his igitur Lampridiis verbis facile intelligi potest, solidos primum dictos esse aureos nummos certi cuiusdam suique ponderis, quasi integros. Et ideo dixit Didac. Couar. lib. 1. c. 11. varia resolut. solidum de quo fit mentio in C. Iustinia. paris ponderis esse cum eo nummo, qui eius ætate castellanus dicebatur, & is aureus solidus erat, ut tradit Budæus lib. 5. de Aſſe. vbi inquit solidum, cuius meminit Iustinianus, sextam esse vnicæ partem, & ideo nonaginta sex grana habebat, ut dixit Alcia. lib. 11. C. col. 2. Et idem inquit Iſidorus lib. Etymologi. 16. c. 24. cum ait, solidum etiā dici sextulæ apud Latinos, quod sexta sit vnicæ pars ut satis probabiliter appetit ex l. quoties, C. de ſucepto. & arcar. dum ibi dicitur, libram auri ex duodecim vniuersis conſtare: & ex septuaginta duobus aureis solidis & ideo manifestum est solidum grana nonaginta sex habere, & vnicæ sextam partem esse. Et Caelius Rodiginus lib. 10. lectio antiqua, c. 2. inquit, in nostris literis solidos dici aureos conſtitueſſe, velut integros, nec vlla ex parte diminutos eorum interſtione, qui ſemisses dicuntur, aut tremisses à

portione dimidia vel tertia: nam binarios intelligimus duplos, ternarios triplos, ac deinceps: sic & solidus noster argenteus primo duodenarius fuit, id est duodecim astimabatur: mox cum temporib. demutata ratio est, aſſem & libellam pro te minutula usurparunt priores ex Cicerone & Plauto. unde ad aſſem reddere apud Pliniū, Ceciliū. Reſdeundo modo ad rem nostram stantibus prædictis inquiunt Docto. iuramentum huiusmodi insinuationem supplere. & quoniam in hac conclusione Doct. inter ſe plurimum discrepant, & ex infra dicendis clarius apparebit: Merito Iulius Clarus sententia. lib. 5. in quaſt. 18. inquit in hoc articulo plurimum inter ſe Doctores discrepasse, ita ut quenam fit magis communis opinio, vix discerni poſſit. Nā Bal. in d. illud. nu. 9. C. de ſacrosanct. eccl. voluit donationem non insinuatam iuramento non confirmari, & hanc conclusionem communem elle dixit Barbatia in consil. 16. col. 10. vol. 1. & in consil. 42. vol. 4. & inter consil. Curt. ſen. in consil. 66. in fin. Eridem dixit Calca: in consil. 19. in fin. Vbi etiam refert Proſdoc. idem attenantem in cap. cam contingat, extra de iure iuram. & Tiraquell. in l. ſi vñquam, in prafatio. numero 146. Præterea quod iuramentum non suppleat insinuationem, tenuit etiam Ludoui Roma. in consil. 12. viſo facto, cum aliis ſubſcribentibus, consilio Curt. 68. præcedens consil. Barba. dum inquit hanc conclusionem communiter approbari, & mouentur argumento l. ius publicum. ff. de pact. & d. l. nemo. ff. de leg. 1. Præterea hanc opinionem quod donatio in eo quod excedit summam quingentorum aureorum, iuramento non validetur, tenuit Bart. in l. ſi quis pro eo, in princip. in octauo articulo. ff. de fidei uſſo. dum inquit contractum nullum solemnitatis formalis defecit iuramento non confirmari & eum ſequitur Bald. in l. illud. C. de ſacrosanct. eccl. & Socin. ſenior in consilio 22. numero septimo. & 18. volum. 4. & in consil. 215. num. 3. volu. 2. dum vult ut vitietur à Florenſis quingentis ſupra, licet firmare non videatur. Præterea hanc opinionem quod iuramentum donationem non insinuatam non suppleat, tenuit iterum Bald. in l. illud. colum. 4. verſic. quinto quarto. C. de ſacrosanct. eccl. & Ange. in consil. 179. colum. fin. verſic. ſed incidenter. & in consil. 59. quia filio. in fin. & iterum Bald. in consil. 10. D. Antonia. in fin. volu. 3. & Imola, Roma. & Camia. in l. Aquilius. ff. de donatio. & Anto. de Canar. in tracta. inſinuatio. quaſtio. 63. & Barba. in consilio 16. col. 10. vol. 2. vbi dixit, hanc opinionem elle communem & idem inter consil. Curt. in consil. 67. in fin. & Curt. in consil. ſeq. & Caſtreñ. in consil. 9. viſa quadam ſcriptura. col. 1. vol. 2. & in consil. 345. circa bona. colum. fin. vol. 1. & Ferrar. cauteſ. 33. & Cröt. in d. l. nemo potest. col. 15. ff. de leg. 1. & Carne. in consil. 69. volum. 3. & Salycet. in l. penul. C. de donatio. & Alex. in Apoſtill. ad l. poſt mortem. ff. de adoptio. & tandem opinionem tenere videtur Barb. in consil. 52. col. 2. vol. 4. & in consil. 22. col. 2. eod. vol. & Soc. innior in consil. 69. col. 8. & in consil. 77. col. 11. volu. 1. & hanc opinionem, ut ait Gabriel. lib. 3. de donatio. conclusio. 1. dicit esse communem. Guald. caut. 10. in tit. de testi men. ordinan. & Bertran. in consil. 89. colum. 2. volu. 3. & in consil. 48. col. 3. vol. 1. & Bruniſſ. in consil. 111. col. 2. & Ange. Aret. in §. alia. Insti. de donatio. & ſi firmare non audeat. Iridem hanc conclusionem ſequutus est Paces Aquilianus Ioan. Anani. & Zechus Ferrariensis, ut dixit Portius Imo, consil. 36. n. 26. & idem voluit gl. in c. 1. §. item sacramenta, in ti. de pace Conſtan. & Gail. Cum. & Alber.

in d. Illud, versfuit enim. & ibidem Bal. quest. 5. & Roma. & Angel. in d. l. sancimus, & Salyc. in d. l. penul. versi. & yltra queritur. & Federic. de Senis in consil. 281. inquietus, insinuationem tunc supplere, si cum iuramento eius defectui renunciatum sit, & voluit Calde. in consil. an donans, in ti. de iurecur. & Bal. in consil. 113. vol. 1. addendo Bar. in l. cum lex. ff. de fidei us. & idem Bal. in consil. 375. nume. 2. vol. 3. & idem Castr. existimauit in consil. 90. n. 4. & 5. vol. 2. & rursus in consil. 95. vers. superest tertium, nu. 12. vol. 2. vbi assert. 104. And. sententiam illam approbare. & rursus in consil. 245. nu. 18. vers. ynum omiserim. vol. 1. & Ang. in consil. 179. vissi in fi. & idem respondit Anto. Placen. cui plures ibi relati subscribunt, & in additio. num. 3. vers. sc. ego dico tribus modis probatur. & idem iterum sentit Barto. in l. Modestinus, & in d. l. si quis pro eo, nu. 2. 2. 4. 7. & 8. membro. & Ant. Cana. in tract. de insinua. quest. 28. in 2. parte, & Soci. iun. in consil. 69. nu. 180. vers. sc. quoniam primo posset tentari, non improbat, & clarius in consil. 77. num. 59. vers. vel posito. vol. 1. & in consil. 67. nu. 20. vol. 2. & Maria. Soci. consil. 118. nu. 11. vol. 2. & Maria. Socin. iun. in consil. 8. nu. 10. & 13. vol. 4. & in consil. 24. nu. 24. eod. vol. 4. & Rui. in l. nemo potest. de leg. 1. col. 15. & Cagno. in l. si quis obligatione, nu. 6. ff. de regu. iur. & Probus in c. quantus, in additio. ad loan. Mona. de pact. in 6. & Constan. Roger. in d. l. Modestinus. nu. 49 ff. de donatio.

Contrarium vero opinionem, quod iuramentū suppleat insinuationem, & ex consequenti quod donatio non, insinuata iuramento confirmetur, tenuit loan. And. in additio. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. porro. in apostil. fina. & hanc esse omnium fere Canonistarum communem opinionem, dixit Corne. in consil. 221. vol. 1. & consil. 186. vol. 2. quem refert Rubens Alexandri. in consil. 59. num. 2. & Paris. in consil. 33. n. 45. & vol. 3. & Socin. in consil. 77. circa finem, vol. 1. & in consil. 80. nu. 11. eod. volu. quem refert Decius in consil. 636. nu. 14. & Bertran. in consil. 22. nu. 5. vol. 5. & in consil. 120. num. 6. & sequen. vol. 6. & Ruin. in consil. 51. num. 18. vol. 1. Et inquit Corn. in consil. 46. vol. 3. ita communiter teneri, & præsertim à Canonistis, & pariter ita cōmuniter terere Canonistas attestatur idem Corn. in consil. 69. vol. 2. Præterea hanc conclusionem esse magis communem affirmit Claud. in d. l. nemo potest. nu. 21. ff. de leg. & loan. de Compet. in l. nemo potest. quem refert Bertran. in consil. 30. post nu. 1. vol. 6. & Ias. in consil. 51. nu. 3. vol. 1. & in consil. 118. num. 4. & in consil. 169. nu. 9. eod. volum. quem refert Tiraquel. in l. si vñquam. in prefatio. nu. 143. C. de reuocan. donati. & Decius in consil. 239. post nu. 3. & in consil. 414. post nu. 14. vers. tertio non obstat. & in consil. 432. nu. 17. & in consil. 488. post num. 5. vers. postremo. quem refert Soci. iun. in consil. 117. nume. 11. vol. 2. & loan. Dilect. de arte testan. in tit. 2. caut. 10. nu. 3. & Bertran. in consil. 173. post. num. 3. vers. ad secundum, vol. 4. & in consil. 138. num. 8. vol. 5. & in consil. 89. num. 5. volum. 6. & in consil. 97. post n. 1. eod. vol. & in consil. 208. post num. 12. eod. volu. & Curt. iun. in consil. 54. num. 1. & in consil. 74. post num. 8. & in consil. 81. num. 6. & Paris. in consil. 26. num. 60. volum. 3. & in consil. 69. nu. 97. eod. vol. & Ruin. in consil. 159. num. 15. vol. 4. & in consil. 182. post num. 13. vers. & tertio ad hoc. vol. 1. & in consil. 180. num. 14. & sequen. eod. vol. & Hieron. Grat. in consil. 70. n. 28. vol. 1. & Bello. in consil. 60. nu. 9. & Soci. iun. in consil. 69. num. 39. volu. 1. & in consil. 67. num. 20. volu. 2. & in consil. 130. num. 19. vol. 3. & Ludou. Tessa. in l. si inter vi- rum. colu. 5. ff. derebus dubi. quem refert Duenas in regul. 224. in 5. limitatio. & Alciat. in cap. cum contingat, post

num. 170. extra de iurecuran. & Crauet. in consil. n. 8. n. 1. & in Apostilla ad Alexan in consil. 4. sub num. 10. vol. 1. & Abbas in consil. 4. num. 20. Et sic patet, hanc opinionem procul dubio magis communem esse, à qua consulendo & iudicando vlo modo recedendum non est, & si in puncto iuris de ea dubitari pslit. Præterea hanc conclusionem tenet etiam Guido Papæ, sequitus opinionem Joan. And. quam etiam tenuit Imola in d. c. cum contingat, extra de iurecuran. Item hanc conclusionem, quod iuramentum supplet defectum insinuationis, tradit Anto. Gabriel. lib. 3. de donatio. conclusio. 1. nu. 66. vbi refert Aret. Alex. & Claud. in dict. l. nemo potest. ff. de legat. 1. & Calder. in consil. 1. in tit. de donat. & Ang. in consil. 94. col. pen. & sequen. & Rom. in consil. 26. in 2. dubio. & Abbas in consil. 107. in 2. dubio. vol. 2. & in consil. 96. in fi. vol. 2. & Aret. in consil. 2. col. 2. & 5. & in consil. 47. col. fi. in fi. & in consil. 77. in fi. & Corn. in consil. 221. vol. 1. & in consil. 186. col. 7. & seq. vol. 2. & in consil. 36. vers. subdit. vol. 3. & in consil. 194. vol. 3. & Alex. in consil. 4. col. pen. vol. 1. & in consil. 12. col. 2. in fi. vol. 1. & in consil. 20. col. 2. vol. 3. & in consil. 21. col. 3. vol. 3. & in consil. 157. in fin. vol. 2. & in consil. 125. col. pen. vol. 1. & in consil. 217. col. 2. vol. 6. & in consil. 26. vol. 7. & in consil. 167. col. pen. eod. vol. 7. & Soc. in consil. 77. & in consil. 78. col. pen. & in consil. 79. & in consil. 80. col. 7. & seq. vol. 1. & Dec. in consil. 432. col. 2. & in consil. 239. & in consil. 536. col. pen. & Ias. in consil. 51. col. fin. vol. 1. & Ias. in consil. 6. col. vol. 3. & in consil. 169. col. penul. vol. 4. & loan. Ant. Rub. Alex. in consil. 59. & Corset. in rub. colum. 15. extra de iurecuran. & Ripa in respon. 5. lib. 3. & in respon. 11. in fin. eod. lib. 3. Et Guido Papæ in singul. 341. & in singul. 375. & in singul. sequen. vbi traditur etiam, an debeat concedi absolutio. Alex. in apostil. ad Bart. in l. cum de indebito § sed cum in hoc. ff. de probat. & Franc. Curt. in consil. 14. in princ. vbi etiam ponit casum, in quo, vbi ipse arbitratur, nulla priorius datur dubitatio & in consil. 47. eod. fi. & in consil. 81. col. 3. & Capolla in consil. 8. col. 2. & sequen. in ciuilibus. & Hippol. in practicas. §. 2. col. 10. & Guido Papæ in consil. 350. & est. decisio Capel. Tholos. 381. in apostil. & rursus idem voluit Guido Papæ in consil. 23. & in consil. 31. & in consil. 32. & Goz. in consil. 87. col. 3. & Bertran. in consil. 155. col. 1. vol. 1. & in consil. 173. col. 2. volu. 1. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & in consil. 206. colum. 5. vol. 1. & in consil. 22. volum. 1. & in consil. 14. col. 2. vol. 3. & in consil. 132. col. 2. eod. volum. 3. & in consil. 146. col. fin. vol. 3. & in consil. 190. col. penul. vol. 3. vbi pariter dicit hanc esse communem opinionem. & in consil. 204. col. 3. vol. 3. & in consil. 30. colum. 1. & seq. eod. vol. 3. & in consil. 120. col. 3. & seq. vol. 3. & in consil. 308. col. 1. in fi. & seq. vol. 3. vbi etiam dixit hanc esse communem opinionem. & Afflict. in decis. 159. in nouis. Rosred. in consil. 23. col. 3. & Brun. in tractat. de form. colum. 2. & sequen. fol. 62. & Paris. in consil. 26. col. 9. vol. 3. & in consil. 33. col. 7. & seq. vol. 3. & Bertran. in consil. 34. col. 2. vol. 1. in antiquis. & Aymon Crauet. qui etiam dicit hanc esse communem opinionem, in consil. 118. colum. 1. & Hierony. Grat. qui dicit esse magis communem, in consil. 70. col. fin. vol. 1. & in consil. 7. col. fin. vol. 2. & Soc. iun. in consil. 67. col. 3. vol. 2. & in consil. 118. colum. 2. & Ruin. in consil. 107. col. 1. vol. 1. & in consil. 125. col. fi. vol. 1. & in consil. 226. col. 3. eod. vol. & in consil. 18. col. 2. vol. 1. & in consil. 182. col. 6. vol. 1. vbi dicit communem esse opinionem & in consil. 172. in fine. eod. vol. 1. & in consil. 132. col. 3. volum. 4. & Cagnol. in l. obligationem num. 6 ff. de reg. iur. Hanc eandem opinionem sequitur Portius Imol. in consil. 36. n. 26. & iterum in consil. 20. vers. ad tertium.

rium, & in conf. 80. num. 13. & dicit esse communem opinionem, & late hanc conclusionem firmando prosequitur Petrus in tractat. de iure iurand. in 12. effectu. Item hanc eadem conclusionem sequitur Hippol. Riminal. iun. in conf. 72. num. 151. vol. 1. & in §. 1. nu. 270. Instit. de donatio. afferens hanc conclusionem tenere etiam Ruin. in d. l. nemo potest, colum. 15 ff. de leg. 1. & August. Berous in conf. 5c. num. 52. volu. 1. & in conf. 53. numero 16. eodem volumine primo. vbi dicit, hanc opinionem esse veriorem & magis communem. Præterea eadem conclusionem sequitur idem Berous in conf. 56. num. 8. & 9. eod. vol. 1. & Cephal. in conf. 194. num. 4. volum. 2. absolute tenet iuramentum defectum insinuationis supplere. & subdit omnes velle hanc esse communem, & Alber. Brun. in conf. 38. num. 11. in volum. consil. feuda. diuers. & Hippol. in conf. 10. 8. numer. 14. & Nicol. Bello. in conf. 50. num. 20. Hanc præterea conclusionem sequitur Franc. Marci in quæst. 26. num. 5. vol. 1. & Ioan. Fer. in form. libel. quo agitur pro donatio. super verbo, irrevocabiliter. Stante hac conclusione Guido Papæ tenendo opinionem Ioan And. quam etiam tenuit Imola in d. c. cum contingat, extra de iure iur. respondendo adductis in contrarium pro alia opinione à Bar. & aliis. & primo, dum dixit Barto. & alii qui eum sequuntur, quod esset contra publicam uitatem, quod iuramentum validet donationem non insinuatam: Respondet Guid. Pap. id iure cautum non reperiri: & si dicatur insinuationem ideo inductam fuisse, vt occasio procurandi vt donationes metu fierent vel fraudes tollerentur vel clande stinae. l. data. C. de donatio. & similib. vt in l. in hac. Et licet dicatur interesse reipub. ne quis re sua male vattatur, illud non sufficit ad infringendum sacramentum: quia illa est utilitas secundaria, exemplum afferti potest de muliere rem dotalem alienante, vt patet in d. c. cum contingat, extra de iure iur. Rursus inquit non obstat, quod legib. in actib. hominum solemnitatem inducentibus renunciari non posse videatur, vt est tex. in d. l. nemo potest. ff. de leg. 1. propterea q̄ hoc verum est, no antecedente iuramento: at eo accedente, vt in minore, aliter dicendum est: Nā licet lex velit certam quandam solemnitatem in rerum minorum alienatione feruari debere videlicet accedente auctoritate tutoris vel curatoris, decreto iudicis, & causæ cognitione, l. magis. §. non pasim. ff. de reb. eo. Attamē si in ipsa alienatione sine ea solenitate iuramentū solū interueniat talis alienatio subsistit, vt habetur in auth. sacramenta puberum, cum ibi notatis. C. si aduers. vendit. Præterea inquit etiam non obstat, quod insinuatio inducta fuerit non fauore donantis, sed in odium illorum, qui fraude & dolo sibi donari procurant, l. donatio. & l. data. C. de donat. Et ex consequenti quod tali insinuationi renunciari non possit, vt notatur in l. tā & s. ff. ad Maced. Quia vt inquit ibidem Guido Papæ, dupliciter respōderi potest: Primo quod licet sine iuramento renunciari ei non possit, iuramentum tamen omnes ligare. c. significante. in s. extra de pigno. Vel secundo respondet, insinuationem principaliter in fauorem iurantis inductam fuisse, videlicet ne ob suam liberalitatem bona sua dilapidet: secundo autem loco in odium eorum, qui donationes clam & occulte sibi fieri procurant, vt huiusmodi occasio tollatur, & ideo voluit vt donans iuri suo saltem cum iuramento renunciare possit, vt est tex. in l. pen. C. de pact. Verum si recte animaduertatur, huiusmodi respō-

sio non videtur obiectionem tollere, cum totum à vi iuramenti procedat.

Tenendo hanc conclusionē, inquit Iulius Clarius in loco supra relato, tunc donationē non insinuatam iuramento confirmari, si illi in specie cum iuramento renunciatur. & ratio est, quia illi cum iuramento renunciari potest. Verum si in specie & particulariter ipsi insinuationi non renuncietur, donationē iuramento non confirmatur. & hanc inquit opinionem Legistarum & Canonistarum, vt dixit Corn. in conf. 69. vol. 2. Contrarium tamen voluit Franc. Marc. in d. quæst. 325. qui vult, vt etiam si iuretur simpliciter quod iuramentum defectum insinuationis suppleat, vt voluit etiam Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. porro. in additione magna, & est communis opinio, vt inquit Imola in d. cap. cum contingat, in 10. membro principali, extra de iure iur. & Alex. in consilio 157. vol. 2. & Franc. Curt. in conf. 2. & habetur de hoc in decis. Tholos. 381. & suprasatis late firmatum est.

Primo hæc conclusio procedit, vbi cūq; insinuatio ex dispositione legis vel statuti in ipso donationis actū interuenire debet: nam tunc donationē iurata non obstante defectū insinuationis subsistit. Verum si lex, vel statutum donationem infra certum tempus insinuari requirant, vtputa infra mensē à die celebrati contractus, vel intra aliud certum tempus: & tunc licet donationē iurata sit, attamen ob defectum illius insinuationis non subsistet, vt inquit Feder. de Senis in d. conf. 181. & est communis opinio ut attestatur Curt. iun. in conf. 151. nu. 22. Iuramentū nāque à natura contractus regulatur: & ideo si deinde causa superueniat, ex qua contractus annulletur, virtus iuramenti ad illius confirmationem extendi non potest, prout dixit etiam Ioan. Dilectus in eod. tract. de arte testan. in tit. de acquir. vel. repudian. heredit. caut. 19. si mulier. nu. 5. per ea quæ voluit Soci. in consilio 189. viso testamento columna prima, & Ias. in consilio 118. circa donationem. num. 1. volum. 2. & Lauren. Calca. in conf. 18. ad primum in s. Et ideo dixit Thob. Nonni. in conf. 152. nu. 7. in 1. vol. conf. crimin. diuers. conclusionem de qua supra, quod iuramentū suppleat defectum insinuationis procedere cum agitur de insinuatione à iure communi requisita: si vero tractetur de insinuatione quæ à statuto ultra iuramentū exigitur, aliter dicendum esse: nam tunc eius defectum iuramentum non supplet, vt voluit etiam Paris. in conf. 98. nu. 71. vol. 1. Et id inquit eo magis dicendum esse, si in instrumento statuto renunciatum esse non appareat, vel legibus insinuationem requirentibus: quandoquidem in eo castū iuramentū huiusmodi vim non habet, vt dixit Calder. in d. conf. 2. in tit. de iure iurand. Huc quoque tendere videtur illud, quod dixit Hippol. Riminal. in d. §. 1. nu. 257. Instit. de donatio. & in conf. 72. nume. 151. cum seq. vol. 1. dum refert duos casus, quorum primus est de iure municipal: secundus vero de iure ciuili, & quo ad primum inquit, si extet statutum vt donationē infra sex menses insinuetur, alioquin ex tunc nulla sit: & in eo casu inquit, quod si iuramentū simpliciter praestetur super donationis obseruantia, nulla insinuationis facta mentione, & tunc inquit tale iuramentū donationem non confirmare aduersus eam nullitatem, quæ post donationem celebratam oritur. Et mouetur ea ratione quod iuramentum rebus sic stantibus intelligatur, c. cum P:

extra

extra derenuncia. & cap. quemadmodum, extra de iure iurand. & tradit Paris. in consil. 110. num. 35. volum. 1. & Cassa. in consuet. Burgun. rub. 7. §. 2. nume. 9. & Boerius in deciso. 204. num. 21. & Feder. de Senis in consil. 281. & Butrig. & Imola in d. c. cum contingat. in 7. membro. num. 79. extra de iure iurand. & Socin. in consil. 77 col. fi. & in consil. 80. col. antepenul. volum. 1. & Bal. nouel. in consil. 78. col. 2. inter consil. Socini. vol. 1. & Aret. in consil. 2. col. 2. & Curt. iun. in consil. 141. colum. fin. & Corn. in consil. 186. num. 2. vol. 2. & Barbat. in consil. 43. num. 33. volum. 1. & Alexan. in consil. 125. colum. penult. volum. 1. & clariss. in consil. 170. num. 5. volu. 7. & infra late suo loco dicemus. Si vero donans expresse promiserit iure iurando donationem iurare: & tunc etiam quod deinde insinuata non sit, iuramentum ipsam donationem confirmabit, vt voluerunt Soc. & Bald. nouellus, & alii ab eo citati, qui dictum hoc dicunt fuisse Feder. de Senis in d. consil. 281. sed vere Federic. id non dicit: & idem esse arbitratur, si tali statuto cum iuramento renunciatur: nam & in eo quoque casu iuramentum donationem non insinuatam conualidat, vt est tex. in d. cap. cum contingat, & dicto cap. quamvis. & tradit Federic. de Senis in d. consil. 281. vers. fina. quem refert & sequitur imola in dicto cap. cum contingat num. 79. & Corn. in consil. 221. colum. 2. volum. 1. & Socius in consil. 8. colum. 8. volum. 1. Est præterea animaduertendum, quia hanc conclusionem plerique firmare etiam videntur, si non specialiter tali statuto, sed generaliter quispiam cum iuramento omni iuris & legum auxilio renunciauerit, vt dixit Ruinus in consil. fin. num. 20. & in consil. 180. nume. 15. volum. 1. & Gozad. in consil. 87. num. 13. & Curt. iun. in consil. 47. col. fin. Mouentur autem, & præsertim Rui. quia illis verbis dicto statuto renunciatum videtur cum iuris appellatione etiam municipalē continueatur, vt inquit Abbas in rub. extra de consuet. & præsertim in hoc casu: Quia si ius statutarium non comprehendetur, vtique id superfluum esset: ex quo sub verbo, legum ius commune contineretur. Dicendum igitur videtur illi s verbis non soluin iuri communī renunciatum esse, sed etiam municipalē. vt verborum superfluitas evitetur. l. si quando. ff. de leg. 1. & ca. si Papa. de priuile. lib. 6. Hoc eodem argumento vtrit Rom. in consil. 251. colum. 2. licet Ruin. eum non citet. quæ sequitur Decius in consil. 452. colum. 3. in fine. Secundo etiam mouetur ex iis, quæ notat Baft. in auth. matr. & aue. C. quando mul. tutela offic. col. penult. versic. quid si iurauerit. & in l. si quis sub conditione, column. 6. versic. quero, quid si non renuncianit. ff. de testamen. tute. vbi per illam clausulam, vt Velleiano renunciatum fit, & ideo eadem ratione & tali statuto. Subdit tamen Hippol. Riminal, eodem in loco, illam decisionem tutam non esse: quia cum Ruin. de ea clausula indefinite posita loquatur, ad præsens tempus tantummodo referenda videtur. l. si ita. ff. de auro & argento legato. Et ideo donans beneficio statuti tunc sibi competenti renunciare videatur: non autem in futurum competituro, vt est statutum hoc donationem post sex menses annullans. Et ideo non sine causa Alexan. in consilio 21. colum. 5. volumine 3. & Corn. in consilio 221. colum. penult. volum. primo. & in consilio. 69. colum. 4. volum. 2. dum volunt, hanc clausulam aliquid efficere, ponderant, quod in casu de quo agebant, renunciatum erat omni iuris & legum auxilio competenti & competituro; nam tūc auxilio statuti futuro renunciatum esse arbitratur.

Eodem tamen in loco Riminal. num. 295. defendendo Ruin. & alios, qui eum sequuntur, ita dici posse existimauit. Vbi enim, inquit ipse, oratio indefinite profertur, & de magno præjudicio tractatur, si quidem à disponente, qui indefinite loquutus est, omnia futura præuideri potuerunt: & tunc ad futura extendatur, & ita inquit declarare Bartol. in d. si ita, colum. penult. & in l. fin. col. 1. C. quæ res pign. da. poss. per tex. in l. si seruus ff. de seruit. rrba. pradio. si vero præuideri non potuerunt, ex quo futura erant: & tunc non veniant, sed præsentia tantum. d. l. si ita sed sic est, quod nos in primo capite distinctionis Barto. versamur, ex quo donans, qui renunciauit omni iuris & legum auxilio nullitatem futuram ipsius donationis à statuto inductam præuidere potuit, cum statutis scientia præsumatur. l. leges sacratissime, & ibi notatur. C. de legibus. & actum insinuationis ad ipsum spectet. l. in hac. C. de donatio. & §. illud, in auth. vt fra. fil. cum similib. vt tradit Cana. in tractatu insinuatio. quæst. 4. Merito per dictam clausulam, vt voluit renunciare, at auxilio dicti statuti in futurum sibi competituro ob defectum insinuationis dicendum est, & eo statuto vt non velle in prædicto casu Ego autem existimarem, quod quādo quis renunciat omni legum & iuris auxilio, videatur omnibus commodis & effectibus statutorum, quandocunque proueniant: cum dubium non sit quin illud commodum à statuto proueniat. Vnde renunciando statuto, videtur omnibus in eis contentis ad iurantem pertinentibus renunciare, quia idem dicendum est de contento, quod dicitur de contiente, argumento l. penult. §. fin. ff. de iustit. & iur. & ideo dicitur eum, qui pecuniam subripuit, sacculum quoque in quo erat, subripuisse. vt ex text. in l. qui saccum ff. de furt. & tradit gloss. in l. solent. ff. de offic. Procons. & Bal. in cap. 1. col. 5. in tit. de capita. qui curiam vendid.

Præcedens tamē conclusio, dum dicitur de nullitate superueniente, videtur confirmari ex eo potissimum quod iuramentum non trahitur ad illud, de quo quis tempore iuramenti vero similiter non cogitauit. l. fi. in princip. ff. ad municip. vide Hippo. Rim. iun. in consil. 75. num. 151. vol. 1. de statuto Ferrarensi loquen. dum in eo disponitur vt insinuatio infra 15. dies fiat.

Portius autem in consil. 80. nu. 13. declarando hanc conclusionem, an iuramentum suppleat insinuationem, ita distinguit, Calder. sententiam sequitur in consil. 1. an donatio, in tit. de donatio. quem sequitur Petr. in d. effectu iuramenti 12. versi. Tamen Ioa. Calder. & nieminem inquit contradicere, quod aut donauit omnia contenta in instrumento seruare renunciando legibus de insinuatione loquentibus, & tunc nec ipse, nec alius audiatur, qui illam donationem impugnare velit, insinuationis defectum opponendo: Nam, vt inquit Calder. in d. consil. 1. in prin. iura Cod. de insinuatione loquentia in eo casu locū non habent, ex quo donans dictis legibus de insinuatione loquentibus expresse renunciavit cum iuramento. alioquin si iuramentum non contravenientio tantum sine dictorum iuriū expressa renunciatione inuenerit, donationem non subsistere, etiam quod non contravenire iuratum sit, vedi dixit expresse Calde. in d. consil. 11. volu. 1. an donatio. in tit. de iure iur. & faciunt ea, que tradit Decius in d. consil. 205. iuridicam, colum. penul. & Paris. in dict. consilio 16.

circa

circa n. 13. vsque ad num. 19. vol. 2. vbi concludunt, illam clausulam in instrumento donationis positam videlicet promittentes ipsae partes omnia & singula rata, grata & accepta habere, & ea perpetuo tenere & obseruare, non contrafacere, vel venire, nulla ratione vel causa, &c. non alterare, nec immutare naturam & qualitatem ipsius donationis, neq; eius effectus extrinsecus ultra statutū suū augere: & ideo eum qui reuocat donationem causa mortis, contrauenire dici non posse, ut ibidem latius Port. ipse prosequitur.

Secundo limitat prædictam conclusionem, q*iuramentū suppleat insinuationem*, Ant. Gabriel. in *eadem loco supra relato, num. 68.* quando iuramentum tendit in præiudicium tertii, vel suas qualitates non habet: Nam in eo casu insinuationem non supplet, ut inquit Soc. sen. in *consil. 69. numero 40. vol. 1.*

Tertio limitat Augustinus Berous in *consil. 203. n. 28. volum. 1.* vbi cunque in instrumento donationis de non contraueniendo iuratum non est, tempore donationis: Nam licet in instrumento producto super eo, quod tempore instrumenti celebrati fuit iuramentum appositum sit: attamen illud instrumentū donationis non est: nec etiam tempore facta donationis confessū fuit instrumentum, hoc nanque instrumentum ex suis verbis narratiuis & enunciatiuis donationem prius simpliciter factam fuisse probat, non autem cum iuramento: & ideo eam donationem valuisse, non obstante insinuatione dicere non possumus, ea ratione: quod iuramentum in donatione interpositum insinuationis solemnitatē suppleat, propterea quod donationis verba enunciatiua eam cum iuramento factam fuis non inferunt: & ideo debent simpliciter & stricte, vt iacent intelligi, ut est tex. & ibi notat glo. & sequuntur Doctores in cap. in presentia, extra de probatio. & in leg. neque natales. Cod. eod. tit. & in l. non hoc, Cod. undelegit.

Prosequendo hanc materiam, omissendum nō est, Paulum Castren. in *consil. 90. numero 1. volum. 2.* quæsiuisse, an iuramentum defectum insinuationis suppleat inter Hebræos, cum donatio quingentos solidos excedit: & concludendo inquit etiam inter Iudeos defectum insinuationis supplere. sed paulo post concludit contrarium ea ratione, quod Hebræorum animæ à summo Pontifice vel ecclesia protegi non solent, cum de his, qui foris sunt, non carent. c. multi. 2. quæst. 1. & c. gaudemus, extra de diuort. Subdit tamen Castren. ibidem, nu. 3. quod si fortasse Hebræus in contractu cū Christiano inito & celebrato iurauerit ei state cogetur: non ob id quia Deum offendat illud non seruando, sed quia offenderet hominem Christianum, argumento eorum que notat gloss. in c. post miserabilem, extra de usur. Subdit deinde ibidem Castren. quod si Christianus iuret in contractu cum Iudeo celebrato non videri ecclesiam se intromittere & & ideo tale iuramentum iuris canonici autoritate destrui & in soleture ciuili veteri remanere, & ex consequenti text. in d. l. non dubium, locum habere cum aliis ab eo relatis, videlicet quod ex quo non valet principalis, contractus ultra quingentos solidos sine insinuatione, pariter & iuramentum quoque non valeat, Et si forte subdit Castr. quis id fateri non auderet, & si pribatissimum videatur, illud saltem sicire de-

bet, eo in casu Baldi auctoritate confirmari posse, in l. illud, C. de sacro san eccles. Vnde ex prædictis confirmat Castren. illam conclusionem, vt inter Iudeos iuramentum defectum insinuationis nō suppleat vlo modo.

Quærit præterea Bal. in cap. peruenit, il secundo, numero primo, extra de iure iuruan. ad quam vlique summam ecclesiæ absque insinuationis testimonio donari possit? Et respondendo inquit Archidia. vsque ad octingentos aureos estimare, c. ego. 63. distinct. Et ideo subdit Bal. id de simplici donatione intelligendum esse, quandoquidem si de feudo tractemus in eo summa taxata & expressa non est, ut expresse inquit patere d. c. peruenit, il secundo.

Quæsiuit etiam August. Berous in consilio 50. numero 52. volum. primo. & in consilio 56. numero 8. & 9. volumine primo. vbi loquitur de usufructu constituendo, an ex quo donationem præsefert, ex quo donari potest. §. primo, & ibi gloss. In fit. de usufructu sancto § fin. cum gloss. In fit. de seru. rustic. prædio. Et donari illud dicitur, quod nullo iure cogente conceditur. l. donari ff. de donatio. & l. donari ff. de regul. iuris. cum ibi nota. & vbi cunque quispiam scit, quin obligetur recusare non polle, & obligari patitur donare videatur. l. Campanus. ff. de oper. libert. & facit l. si cum aurum. ff. de solut. & l. cuius per errorem. ff. de regul. iur. Et notat gloss. per illum text. in l. damus ff. de condic. indeb. An stante huiusmodi conclusione ei dubitationi locus sit, qua quæritur, an talis donatio seu usufructus constitutio ob id quod insinuata non fuerit, nulla & inutilida dicatur: posito quod ex forma & dispositione statutorum donationes infra aliquod tempus vel simpliciter insinuandæ sint, vel in librum aliquem publicum reducendæ: an vero iuramentum in instrumento appositum defectum insinuationis suppleat. Quibus omnibus Berous in dicto consilio 56. numero 8. & 9. diligenter ac mature. discutiens inquit quorundam distinctionem sequi vti valde æquam, & sic concludit cum Socino in consil. 80. colum. si. versi. Nec obstant authorates, vol. 1. Aut enim inquit ipse, in instrumento donationis insinuariori renunciatum non est, & tunc simplex iuramentum donationem non confirmare: aut expresse insinuationis solemnitatē simpliciter absque iuramento renunciatum fuit, & talis renunciatio non valet. Et ratio est, quia huic solemnitatē renunciatum non potest, ut habetur in d. l. nemo potest ff. de leg. prima, & tradit Bar. in d. l. Modestinus ff. de donatio. aut cum iuramento: & tunc renunciatio subsistit & ideo quoque substinetur absque insinuatione, sola iuramenti interpositi vi, & ita procedere inquit Canonistarum opinionem, videlicet Imolæ & aliorum in d. e. cum contingat, & aliis in locis supra relatis. Et iterum idem voluit Augustus Berous in consilio sexagesimo tertio, numero 30. & 32. eodem volume primo. Vbi pariter concludit, quod licet simpliciter insinuationi renunciarum non possit, iure iurando tamen ei renunciarum possit: & sic concludit, ut nonnulli ex supra relatis voluerunt satis non esse, si simpliciter iuretur super contractu donationis: sed ut iuramento renuncietur oportere, & loquitur etiam stante statuto insinuationem requirente.

Illa conclusio, de qua supra: ut scilicet iuramentum suppleat defectum insinuationis, limitatur etiam,

etiam, ut inquit Berous *in consilio* 57. *numero*. 4. *volumen*. quando quis in domo ipsius donatarii coniuncto suo donat. & ratio est, quia talis donatio fraude calliditate & dolo donatarii facta præsumitur, & præfertim si à muliere viuente & pulchra, fiat coniuncto iuniori, & pulchro, simulque in eadem domo coabitanti, ut ipse ibide latius prosequitur. Illud tamen hoc loco animaduertendum est, hoc potius ad dolum & fraudem, quam ad insinuationem pertinere & referendum est, prout infra latius suo loco dicetur.

C A P. CXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum tollit remedium l. 2. *Cod. de rescind. vendit.*

Secundum etiam est, **†** iuramentum à maiore præstitum, remedium l. 2. *C. de rescindenda vendi. tollere*. & id ea ratione, ne iuramentum sine esse. At remaneat, & id etiam nulla admonitione præcedente procedit, ut inquit Pinel. *in d.l. 2. in par. 3. c. 1. num. 1.* prout inquit voluisse Bart. *in eadem l. 2. num. 9.* & Bal. *in questio. minoris*, *num. 12.* & Saly. *in quest. 10.* & Alber. *col. 2. num. 9.* & Paul. *Castren*, *num. 10.* *versic. Septimo*, & *nume. 15.* & eam dicit communem Pantal. *Crem.* *ibidem*, *nu. 175.* Et Cagnol. *in 8. question. nu. 91.* vbi plures refert, & idem voluit gloss. & Panorm. *in cap. cum causam extra de emptio.* & venditio. vbi idem etiam voluit Anton. *Burgos*, *num. 47.* qui dixit hanc esse communem opinionem. & eandem opinionem sequutus est iterū Cagno. *in l. si quis maior*, *num. 6.* *C. de transactio.* & Aymon Crauet. *in consilio* 188. *num. 3.* & Bauer. *in tract. de virt. iuram*, *num. 12.* & Alexan. *in consil. 133.* *volum. 5.* & iterum Alex. *in consil. 125.* *nu. 9. vol. 1.* & Didac. *Couar.* *in c. quamuis*, *in 3. par. §. 4.*

Præterea hanc eandem opinionem sequitur Octavianus Cacheranus *in decisi. Pedemont.* 42. *n. 8.* & inquit esse magis communem opinionem Legistarum & Canonistarum, ut voluit glos. communiter approbata *in verbo*, *iudicis*, *versicu. nos contra*, quam sequitur Bar. *ibi*, *col. 2.* Quid si maior, concludens maiorem iurantem beneficium d.l. 2. amittere, nisi dolo metuē inductus fuerit, & ita tenet gl. si. *circa finem*, *in cap pen. extra de emptio.* & vendit. vbi Imola. *nu. 22. vers. sed vbi est persona*, & Ias. *in consil. 76. nu. 22. vol. 1.* & Imola *in consil. 14.* vbi ait, hanc esse communem opinionem. & ab ea iudicando & consulendo receundum non esse. Præterea hanc conclusionem sequitur Castt. *in d.l. 2. n. 15.* & Alex. *in consil. 420. nu. 20.* & *in consilio* 125. *numero decimotertio volum. primo.* & *in consil. 127. vol. 2.* & *in consil. 53. vol. 3.* & *in consil. 153. volum. 5.* & Sociz. *in consil. 155. nn. 75.* & sequ. & *in consil. 40. vol. 4.* & Capra. *in d. consil. 87. n. 113.* & Corn. *in consil. 189. vol. 1.* & *in consil. 11.* & *in consil. 16. vol. 3.* & Bart. *in consil. 21. nu. 5.* & Calea. *in consil. 25. nu. 1.* & 2. & Cagno. *in d.l. 2. nu. 91.* afferens Doct. ita communitentere, & Soc. iunior in consil. 50. *col. 2. nu. 5. vol. 1.* & alii, quos cumulate refert Port. *in d. consil. 36. limit. 2.* Item hanc eandem conclusionem sequitur Bened. Capra. *in Regu. 87. num. 113.* & 114. & Natta afferens esse magis communem opinionem *in consil. 10. n. 3. vol. 1.* & Rola. *a Valle* *in consil. 59. nu. 18. cu. seq. vol. 1.* vbi plures refert. & Goza. *in consil. 32. nu. 2. vers.*

4. & iterum Crauet. *in consil. 7. nu. 4.* & *in consil. 11. n. 11.* & *in consil. 114. n. 9.* & Alba. *in consil. 81. nu. 45.* & *nu. 54.* & Paris. *in consil. 20. n. 37. vol. 1.* & Grat. *in consil. 71. n. 2. vol. 1.* & Corn. *in consil. 179. nu. 2. vol. 4.*

Præterea hanc conclusionem, quod vi iuramenti omne remedium rescissorum auferatur, d. l. 2. C. de rescind. vendi. tenet etiam Menoch. *in consil. n. 360. vol. 1.* referens yltra illos, quos adduxit Socin *in tract. a fallentia*, *in reg. 436. Fallen. 11. per ea*, quæ voluit Ruin. *in consil. 10. nu. 14.* & 20. *vol. 3.* & *in consil. 16. nu. 3. vol. 4.* & Paris. *in consil. 20. nu. 37.* & *num. 41. vol. 2.* & Crauet. *in consil. 114. nu. 9.* & *in d. consil. 188. nu. 3.* & *in consil. 192. nu. 2.* & Rolan. *a Valle* *in consil. 59. n. 18. volum. 1.* & *hanc esse communem opinionem attestatur Alex. in consil. 42. col. 1.* & *in consil. 53. colum. 3.* *volum. 3.* & Curt. senior *in consil. 44. super contingentia*, *colum. 4.* Et subdit Menoch. quod licet nonnulli dissentire videantur, at tamen de enormissima læsione intelligere, vt declarat Cagn. *in d.l. 2. num. 139.* C. de rescind. vendi. & *in d.l. si quis maior*, *nu. 37.* C. de transact. & Neui. *in consil. 21. num. 5.* & *in consil. 22. colum. penult.* & fin. & Alba. *in consil. 81. num. 52.*

Contrariam vero opinionem, quod immo iuramentum non tollat remedium d.l. 2. contra glo. *ibi.* vt inquit Pinellus ibidem, tenuisse quamplures ex antiquioribus, vt refert Alber.

Limitatur præcedens communis conclusio, vbiunque iuramentum vi & metu extorquetur, vt colligitur ex verbis auth. sacramenta puberum, C. si aduers. venditio, quod autem longam tractationem exposcere videtur, cum glo. *in auth. quod eis.* dum refert ea, quæ iuramentum concomitari debent, de his tamen & supra diximus, & infra latius dicetur, & eam refert Bal. *in l. si ad excludendam.* C. de reb. cred. & Angel. *in §. que si debitor*, *col. 4.* Instit. de exceptio. & tradit. Ias. *in §. item si quis postulante*, *nu. 60.* & ibi Ludo. Gomes. *col. fi.* Instit. de actio. quia subest iusta causa pediti & obtinendi absolutionem. inconueniens enim esset, vt improbus ex sua malitia commodum conlequeretur, contrarex. *in l. itaque fullo, ff. defurt.* vt latius dixit gl. *in d. cap. authoritate*, *15. quest. 6.* & voluit Nicol. *in c. peruenit*, extra de iure*ur per illum tex. & tex.* *in d. c. si vero.* & rursus idem Nicol. *in c. verum. cod. ti.* Quod verum est, si sit talis metus, qui in constantem vitum cadat, alias secus c. cum dilectus, & ibi notatur, extra quod met. cau. sed de hoc dicetur infra, vbi tractatur de iuramento metu extorto. & Aymon Crauet. *in consil. 142. num. 27.* & Ias. *in consil. 133. volum. 4.* & Soc. ian. *in consil. 144. volum. 1.* per text. *in l. cum de indebito.* ff. de probatio. & Bart. *in d.l. 2. num. 7.* & 12. & Imola *in d.c. cum contingat.* & Capic. *in decisi. 159. num. 22.* & iterum Corn. *in consil. 72. num. 7.* *volumine tertio.* & Pinel. *in d.l. 2. num. 6.*

C A P. CXXIX.

A R G V M E N T V M.

Iuramenti effectus, circa remedium l. 2. C. de rescind. vend.

S V M M A R I A.

Iuramentum rustici, & mulieris etiam maiorum non tollit remedium l. 2. C. de rescind. vendit.

2 Renuncia-

² Renunciatio l. 2. C. de rescind. vendi. rustico & mulier non nocet.

Secundo limitatur huiusmodi conclusio † in muliere & rusticō, etiam quod sint maiores. & ratio est, quia mulier sexus potius fragilitate & simplicitate: & pariter rursus simplicitate & ignorantia praesumuntur ita renunciare & iurare. l. regula. §. ignorantia. ff. de iur. & facti ignor. & notatur in l. cum de indebito. §. 1. ff. de probatio. & l. fin. ff. de edendo. de quibus sane minus dubitandum videtur. † Nam non solum quo ad beneficium d.l. 2. in quo requiritur laesio ultra dimidium iusti Pretij, sed in aliis casibus, in quibus non ita enormis esset laesio, facilius illis occurritur, per praedicta. Id autem de rusticō veræ operæ & ab hominum conuerstatione & consortio alieno & remoto; quia iuramentū consensum nō supplet, ut habetur in l. fi. C. de nō nu. pec. & præsertim, quia cum huiusmodi actus sit contra legem, personæ fragilitate irritatur. nec obstat iuramentum, nec renunciatio, cum in eis eadem semper consideretur fragilitas l. dol. §. diuersum. ff. de nouatio. & in l. prima. §. idem quæ fuit. ff. de conditione indebi per quæ ita determinat. Franc. Aret. in d.l. si quis cum aliter. ff. de verbis. obligat. vbi etiam laes. Vnde Cynus in l. si quis in conscribendo. C. de pact. tenuit mulierem Velleiano cum iuramento renunciare nō posse, & eam inquit communem esse opinionem Calc. in d. consil. 25. & latius tradit Afflict. in decisi. 76. numero 19. Præterea hanc eandem conclusionem de minore, mulere & rusticō sequutus est etiam Corn. in consilio 159. col. 3. & seq. vol. 1. & in consilio 11. colum. 5. circa medium, & in colum. 14. in fin. & in consilio 72. colum. 3. & in consilio 124. col. 1. & in consilio 133. col. pen. circa medium, & in consilio 214. col. 3. vol. 3. & in consilio 147. col. 2. & in consilio 179. col. 2. post medium, vol. 4. & Socin. in consilio 48. in fin. vol. 4. & Decius in consilio 80. col. 4. & in consilio 379. col. fin. & in consilio 403. colu. 5. post medium, versic. solum superest respondere. Item hanc opinionem sequitur Francisc. Turza. in tract. commun. opin. opinione 149. dum inquit, quod si mulier, minor aut rusticus enormiter ultra dimidium laedantur in contractu venditionis vel quolibet alio, etiam quod nō contrauenire & obseruare promissa iurauerit, data huiusmodi laesione possunt nihilominus iuramento non obstante se circumuentos & laesos dicere, & beneficium & remedium d.l. 2. C. de rescind. vendit. implorare. Ratio autem est, quia iuramentum simplicitatem praedictarum personarum non adstringit, ut inquit Baldus in rub. C. de rer. perm. & loquitur in minore, qui simpliciter iurauit non contrauenire. At secus si iurauerit non contrauenire ratione minoris ætatis vel alia qualibet de causa: quia tunc etiam minores beneficium d.l. secundæ, amittunt.

Tertio limitatur, quando contrahens dolo ad contrahendum inducitur, & ideo pariter eodem dolo impulsus contractum iuramento confirmat: nam tunc huiusmodi iuramentum, & si de iure canonico obliget: atramen cum sit talis quod cōsentum auferat, ut voluit Ioan. And. in c. vnico. extra cōmoda. nō impedit, quin peti possit, & absolutio impetrari per ea, quæ voluit Innoc. in c. ad aures, & in c. cum dilectus, extra p. met. cau. & hoc etiam pendet ab iis, quæ infra dicentur de iuramento dolo extorto, an obliget, vel sit nullum ipso iure. Et ideo in eo casu, an absolutio cōcedenda sit, querere necesse nō est.

C A P. CXXX.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

¹ Iuramentum continens magnam lesionem, non tollit remedium l. 2. C. de rescind. vendit.

Quarto limitatur, ut inquit ibidem Pinel. nu. 7. auctoritate, ut ipse ait plurimum, praedicta conclusio, † vbiunque tractatur de laesione excedente in notabili summa dimidium iusti pretij: quandoquidem eam laesione Doctores enormissimam appellare solent. Si vero in modico excedat dimidium iusti pretij, dicunt simpliciter enormem, ut inquit Cagnol. in d.l. 2. nu. 100. in fine, & nu. 88. & d.l. si quis maior, num. 36. & late laes. in consil. 133. volum. 4. & Curt. junior in consil. 141. n. 5. vbi dicunt communem esse opinionem. & eandem opinionem sequutus est Aymon Crau. in consil. 221. in fine. & in termino d.l. 2. C. de rescind. vendit. tradit Capicetus in decisi. 259. quod in quæstione transactionis notant plures, quos inquit supra retulisse in eadem quæstio. 1. part. 1. c. 4. num. 26. & ita in terminis laesionei enormissimæ iudicauit Rota, ut inquit Cassado. in dicta decisi. 1. in tit. de emptio. & venditio. & idem iudicasse Granatense prætorium attestatur Didac. Couarru. in lib. 2. varia. resolutio. cap. 4. num. 5. & de hoc extant multa consilia vtriusque iuris Doctorum variantium in hoc, an decisiō authē. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. & in dicto cap. cum contingat, extra de iure iuran. & in cap. quamvis pactum, etiā text. d. cap. quamvis, locum habeat, quando non solum enormis, sed enormous laesio contingit, ut late tradit ipse Didac. Couar. in d. cap. quamvis pactum, in 3. parte. §. fin. vbi curiose refert & sequitur Pinellus ibidem, & inquit frequentioribus calculis receptum, in hoc casu iuramentum venditori non obstat, vel emptori enormissime leso: Et ideo reprobatur Pinel. ibidem, numero 8. nonnullorum differentiam inter enormem & enormous laesionei, idem tenens quo ad dictam l. 2. an sit enormis vel enormous laesio, cum iure non probetur. tum etiam quia, ut percipitur ex ipsa l. 2. ita enormous dici potest ea, quæ dimidium excedit, quam ea quæ multo pluris excedit. id quod suadetur etiam ex l. domum. ff. de contrahend. emptio. In hac igitur difficultate, ut supra diximus, Doctores solent distinguere: nam alij, quibus Pinellus magis cōsentire videtur, voluerunt in omni laesionei absolutionem ab ipso iuramento necessariam esse, ut colligitur ex iis, quæ refert Cagnol. in d.l. 2. nu. 88. & 97. & 109. & sequen. Id quod voluit etiam idem Cagnol. in d.l. si quis maior, num. 36. & Thom. Grammat. in decisi. 66. n. 49. & 50. & late tradit Afflict. in decisi. 322. & latius Capic. in decisi. 159. & late Panorm. in d. cap. cum contigat, nu. 21. & 23. & Felyn. in cap. in præsentia, num. 8. & ibidem Decius, nu. 36. extra de probatio. & Alex. in consil. 125. volum. 1. & Socin. in consil. 16. num. 6. volum. 1. & Decius in consil. 180. & in consil. 203. num. 6. & in consil. 379. colum. fin. vbi addit Decius magis communem esse opinionem, ut ob enormous laesionei iurans absque relaxatione, seu absolutione à iuramento audiatur id quod voluit etiam Cassador. in consil. fin. & Ioann. de Amic. in consil. 33. num. 42. & Bologn. in consil. 44. & plures alij, quos refert Cagnol. in d.l. 2. numero 88. & 98. & Cassan.

Cassan. in consuetud. Burgund. in rub. 7. & in rub. 12. numero 37. & latius *Ias.* qui plures refert, & hanc dicit communem esse opinionem in consil. 133. numero 7. volum. 4. Hæc autem opinio, licet à maiori parte recipiatur, & ideo magis communis dicatur: at tamen eodem in loco inquit Pinel. tutus esse absolutionem petere, & alioquin lassum audiendum non esse, vt colligitur ex iis, quæ dixit Panormitan. in dicto cap. cum contingat, & ex multis consilis Cornei male à Cassaneo relatis, vt colligitur ex iis quæ dixit *Ias.* in d. consilio & ex iis, que voluit *Iacob.* in dicta authent. sacramenta puberum, in fine. & huius opinionis plures referuntur à Paris. in consilio 45. numero 52. volum. primo, vbi pariter hanc esse communem opinionem attestantur, & colligitur ex eodem consilio 96. numero 20. eodem volum. Verum licet hæc deducat, attamen alteri opinioni magis accedit, in consilio 75. columna 2. volum. 3. & absolutionem petendam arbitratur, vt voluit *Siluan.* in consilio 13. nec aliter. & ita sentit *Cassan.* in dicta decisio. & ita longe uero vsu practicam obseruasse dicit *Afflct.* in dicta decisio. numero 11. Et his addit Pinell. in his terminis quempiam facilius, non obstante iuramento auditu, vbi præfens est lassio tempore contractus: secus vero in terminis d. capitulo quamvis paetum, quando renunciatur hæreditati non aditæ, sed in futurum deferrandæ. Et ratio est, quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. capit. & si Christus, extra de iureiuran. & notatur in auth. quod eis. C. de nupt. Nam ex ipsa enormissima lassione de dolo re ipsa apparet. d.l. si quis cum aliter. ff. de verbis. oblig. Et ideo dicendum est, talem lesionem iustum esse causam petendi, & respectu concedendi absolutionem à talii iuramento, vt dixit *But.* in d.c. cum contingat, extra de iureiuran. vbi *Nicol.* & *Anchur.* in c. canonum statuta, in II. princ. quest. & in quadam sua disputatione, que incipit, *Claicus.* & communiter tenetur.

Ampliatur hæc limitatio, etiam quod minor renunciarerit enormissimæ lassioni, vel dixerit velle illud, in quo excedit donare, etiam quod excessus magnam summan contineret: Quia omnia hæc & similia ad modicam lassionem restringi debent: tum etiam quia hæc apposita censentur ex quadam notariorum cōsuetudine, qui & ipsi, vt plurimum, quid dicant ignorant, & ideo contractus iuxta formam formularij describunt, vt dixit *Nicol.* in d. capit. cum contingat. In huiusmodi enim renunciationibus, in quibus adiungit enormissimæ lassiones, præsumitur potius dolus quam verus donandi consensus. *L. omnes.* §. *Lucius.* ff. que in fraud. credit. & *L. quitefum.* ff. de probatio. ex quibus dolus præsumitur, & quod re ipsa interuenierit ex proposito. d.l. si quis cum aliter. de hac conclusione tradit *Pinellus* in d.l. 2. n. 5. & *Bertr.* in consil. 71. num. 1. volum. 2. & *Cagnol.* in l. si quis maior. num. 23. C. de transactio. & *Bened.* *Capra* in regula 87. num. 13. & 114.

Quinto limitatur, vt dixit *Nicol.* *Moro.* in tractat. de fide, tregua, & pace, part. 1. quæst. 8. num. 11. & 12. dum vult, quod si mercatores, qui se inuicem obligant, & viterius addunt apocham, vim instrumenti iurati obtinere debere: nihilominus inquit, vim instrumenti iurati non obtinere: sed si adsit lassio enormissima, non impediri remedium d.l. 2. C. de rescind. vendit. Et earatione id factum dicit, quod iuramentum relatiuum vim iurati instrumenti non retinet, vt dixerunt *Abbas* & *Butr.* in cap. ab exami-

nato, numero 23. extra de rescript. & *Catellia.* *Cottai* suis memorialibus, in versic. dictum iuramentum, & so-*cina*. in consil. 99. numero 3. vol. 3. & in l. *Gallus*, vbi *Ias.* in §. credendum, colum. 3. ff. de liber. & posthum. & *Tiraquell.* in l. *connubia*. glo. 7. numero 120. & *Ioan.* de *Plat.* in l. fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. & *Couar.* in relatio. c. quamuis, in princ. prima partis, num. 6.

Redeundo ad minorem, ultra predicta sciendum est, quod quando minor contrahens ultra dimidium iusti pretij deceptus est, & iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, sibi non præjudicatur, quin remedio d.l. 2. vi possit, & d.c. cum causa. sed solummodo quo ad beneficium restitutionis in integrum ex causa minoris ætatis, vt voluerunt glossæ supradictæ, & communiter tenetur, & tunc quo ad remedium d.l. 2. minorem absolutionem à iuramento petere non oportet. & ratio est, quia ad illud iuramentum præstitum non extenditur: nam iuramentum etiam quando in uno specificè est interpositum, generaliter potius & in ea specie interpositum intelligendum est, quam quod extendi debeat: & id ut minus iurantem obliget, vt notatur in d.c. ad nostram. il 2. extra de iureiuran. & in c. 1. de iureiuran. lib. 6. Quandoq; autem iurat minor econtra, videlicet non contrauenire ex causa deceptionis seu lassionis ultra dimidium iusti pretij: & tunc sibi in remedio d.l. 2. & d.c. pen. præjudicare intelligitur, nō autem in beneficio restitutionis in integrum: cum enim quis habet duo remedia, & unius specialiter renunciat, in alio sibi non præjudicatur, vt dixit Petrus de Bellapertica, & *Ioan. And.* & *Imola* in d.c. penul. & *Salyc.* in d.authen. sacramenta puberum. Vnde etiam in calu nostro ita iurans, quatenus pertinet ad beneficium ætatis, ullam à iuramento absolutionem petere non tenetur, ex quo de eo iurasse non intelligitur, & ita communiter tenetur.

Si vero minor iuret non contrauenire ex causa minoris ætatis, ac etiam deceptionis, seu lassionis: vel iuravit non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia causa: & tunc sibi in utroq; iudicio præjudicatur, ita ut nec restitutionem in integrum petere possit, nec agere remedio d.l. 2. vt dixit gl. in d.c. cum causa. quod est pen. & clarius tradit *Bart.* in d.auth. sacramenta puberum. & *Bal.* in d.l. 2. & *Imola* in d.c. pen. per ea, que habentur in l. 2. §. sed videndum. ff. de success. edito. Nam in hoc casu minor pro maiore habetur, & ideo non excludetur à facultate petendi relaxationem ab ipso iuramento in illis scilicet casibus, in quibus maiori conceditur, vt supra. Immo multo facilius, cum in eo casu multo maior iusta causa subesse videatur.

Quandoq; vero ipse minor simpliciter iura non contrauenire: & tunc aut aliquibus coniecturis apparet, quod vult se restringere ad beneficium minoris ætatis, vt puta quia dicitur in instrumento, talis sciens se minorem non contrauenire iuravit: & tunc tali iuramento sibi non præjudicatur, quo ad remedium d.l. 2. vt dixit ipse *Bart.* in d.authent. sacramenta puberum. & *Imola* in d. cap. potuit. Aut nullis id coniecturis apparet, vt quia simpliciter iuravit non contrauenire: & tunc glossi in d.l. 2. & in d. cap. potuit. & in ipso corpore unde sunitur illa authent. vult vt sibi in beneficio ætatis præjudicet, non autem in remedio d.l. 2. & id tenuit etiam *Nicol.* de *Mattarel.* & *Bar.* & *Bal.* in d.l. 2. & *Floria.* in d.c. penul. pro quo facit tex. in l. 1. C. si minor se maio. dixer. secundum

dum Imol. in d. cap. penult. qui dicit, tutius esse hanc sequi opinionem, cum æquum sit, quempiam in dubio non censeri renunciare tam magnæ deceptiōnē, vt est illa vltra dimidium iusti pretij: & si Petrus de Belapertica, cui adhærere videtur Ioan. Andre. in d. cap. penult. & Salyc. in d. auth. sacramenta pūberū, aliter tenuerint, concludentes minorem sibi ipsi iurando in vtroque remedio præjudicare: & præsertim per ea, quæ habentur in d.l. 2. §. sed videndum. ff. de successo. editio. id quod sequitus est etiam Nicol. in d. cap. penult. per ea, quæ habentur in cap. si Romanorum. 29. distinctione. Quorum opinio procedere potest, vt voluit Butrius in d. cap. cum causa. si minor de vtroq; remedio sibi competente certus reddatur: alioquin stante ignorantia ob tale iuramentum non excludi etiam à beneficio restitutionis in integrum, prout consuluit Dynus, quem sequitur Cynus in d.l. 2. dum vult, vt si minor contractui non contrauenire de iure vel de facto iuret, si enormiter fortasse læsus sit, & de restitutionis beneficio certus redditus non sit, in integrum restitutionem petere posse, & rationem esse dicunt, quia iuramentum ad ea non extenditur, quæ iurans verosimiliter ignorasse præsumitur, vt ibi Capra latius prosequitur.

Præterea, quod iuramentum minoris non tollat remedium d.l. 2. tradunt Doct. ibid. dicentes iuramentum mulieris, minoris & rustici ei beneficium d.l. 2. non auferre, vt dixit Alex. in consil. 42. in fi. & Corn. in consil. 189. col. 3. cum seq. volu. 1. & Crau. in consil. 142. col. pen. in fi. & in consil. 192. col. 2. in fin. Nam in eis simplicitas præsumitur: & ideo nimis si iuramentum relaxatur, vt inquit Bald. in rub. C. de rer. permū. quem sequitur Decius in d. consil. 379. col. fin. in princ. Et ideo dixit Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, col. 3. in tit. de pace iuram. firman. bonos Principes curare, vt iuramenta minorum & violentæ extorsiones personarum captura reprimantur, per text. in l. illicitas. ff. de offic. presid. quod dictum refert & sequitur Decius in consil. 180. col. 4. in fi. & Ias. in l. eleganter, in 3. notabil. ff. de verb. oblig.

Hæc conclusio, quod iuramentum non tollat remedium d.l. 2. procedit, quando minor similiter iurat non contrauenire contractui ratione minoris ætatis. In eo enim casu procedit prædicta conclusio, vt iuramentum remeditum d.l. 2. non tollat: at secus, quando quis iurat non contrauenire ex causa minoris ætatis, vel alia quacunque de causa: quia tunc sicut maior excluditur à beneficio illius legis, ita & minor qui eo modo iurauit, vt dicunt Doct. in d.l. 2. & in t. cum causa, extra de emp. & vend. & Alex. in consil. 147. col. fi. vol. 2. & Dec. in d. consil. 349. n. 6. & in consil. 403. col. 6. & in consil. 48. col. fin. & Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 10. ff. de verb. oblig. & Paris. in consil. 12. n. 43. vol. 2. & Soc. iun. in consil. 48. n. 19. vol. 1. vbi asserit hanc esse cōmūnem opinionem. & licet Decius tenuerit contrariam opinionem in consil. 180. col. 1. in prin. & in consil. seq. col. 1. ea tamen tenenda non est, cum ipse met contrarium tenuerit in locis supra relatis. accedit etiam, q; contra eum est magis communis Doct. opinio. Ratio autem est, quia quando minor iurat simpliciter ex causa minoris ætatis non contrauenire, iuramentū eum maiorem facit: & ideo causa ipsius iuramenti priuilegium tuntum ipsorū minorū amittit & ad instar majorū reducitur, d. auth. sacramenta pūberū. C. si aduers. vendit. & tradit Dec. in d.

consil. 349. n. 6. & voluit Paris. in consil. 12. n. 64. vol. 1. & Soc. iun. in d. consil. 48. n. 18. Et ideo minori simpliciter iuranti solum ea remedia competit, quæ maioribus conceduntur. Vnde sicut cessante iuramento maioribus remedium d.l. 2. competere dicitur, ita etiam minori competit, si iuret simpliciter: Nā intentando remedium d.l. 2. non dicitur ex capite minoris ætatis contrauenire, sed ex capite enormis læsionis, ob quam maioribus etiam subuenitur. Quando autem minor iurat non contrauenire ex capite minoris ætatis, vel alia quacunq; de causa, eius iuramentum ita ampliatur, vt etiam ad remedium d.l. 2. extendatur, ita vt ei renunciatum esse intelligatur, nec non etiam prædictæ auth. sacramenta pūberū, vt inquit Dec. in d. consil. 349. n. 6. Quemadmodū igitur maior d.l. 2. renūcians, aut simpliciter iurans beneficium d.l. 2. vti non potest, pariter etiam nec minor, qui tali ampio iuramento vsus est. In hoc nāq; casu maior & minor quo ad omnia æquiparantur, nec in eo casu minori subueniri potest, nisi quatenus maior subuenitur. Id autē ita ostenditur. Nam stante huiusmodi minoris iuramento, ei solum succurrit, si læsio vltra dimidium sit nimis grauis & enormis, vt dixit Castren in consil. 155. in fi. volum. 1. & Corne. in consil. 258. col. 5. vol. 4. quem sequitur Soc. iun. in consil. 53. col. fi. vol. 1. sicut etiam maior subuenitur, non obstante iuramento, quod procul dubio relaxari debet: Nam tanta & tam excussiva læsio dolii ex proposito præsumptionem inducit, cum verosimile non sit, quempiam ita enormiter lædi passum esse quin partis dolus interuererit, vt dixit Corn. in consil. 133. col. pen. & in consil. 214. col. 3. vol. 3. & Paris. in consilio 75. nu. 20. vol. 2. & Crau. in consil. 3. col. 2. in fi. & in consil. 102. col. 3. & facit illud, quod notat Soc. iun. in consil. 104. col. 4. vers. præterea, vol. 4. & latius tradit Rolan. à Valle in loco suprareleto.

Quoniam supra paulo ante diximus, remedium d.l. 2. C. de rescinden. vend. renūciari posse: ideo scindum est ei expresse renunciari posse, vt dixit Bald. in d.l. 2. colum. 4. versic. nono quero, & ibi tradit Barba. in additione, & eandem conclusionem sequitur Affid. in decisio. 220. numero 1. & Fabian. de Monte in tractat. de emptio. & venditio. que est 8. colum. 5. Didac. Couarru. in d. cap. 4. numero 1. libro 2. varia. resolutio. & Cyn. in d. 1. 2. numero 133. & Capra in d. consilio 87. numero 15. Et idem etiam de hærede dicendum est, quando defunctus iurauit, ex quo contra factum defuncti ire non potest. l. cum à matre. C. derei vendic. & l. 2. C. si aduers. vendit. pigno & l. ea qua à patre. C. de restit. mili. cum aliis cumulatis in gloss. Nec debet defunctum mendacem facere, vt dixit Bartol. in l. rem alienam, in fi. ff. de pigno. act. & in l. cum vir. col. 3. ff. de vñscap. & in l. Lucius. ff. soluto matron. Accedat etiam text. in l. ex qua persona. ff. de regul. iur. & dixit Cagno. in d. l. si quis maior. num. 207. C. de transactio.

C A P. C X X X I.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i iuramenti vis, an sit de iure ciuili vel canonico.

Q Værendum etiam videtur hoc loco, † an iuramenti vis à iure ciuili vel canonico tantum procedat? Hac de re breuiter procedendo, Patil. Castren. in d.l. 2. nu. 15. à iure canonico talem vim pro-

uenire arbitratur, per tex. in l. non dubium, C. de legib. iuncto c. cum contingat, extra de iure iur. & c. quamvis, de pact. li. 6. & ultra Paul. & alios comprobant Pinel. ibidem, numer 4. per text. in l. adigere. §. si. cum gloss. ff. de iure patron. cum iis, quae tradit Stepha. Forcat.

C A P. C X X X I I .

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

- 1 Actus alioquin inualidus vi iuramenti confirmatur, & quando.
- 2 Alienatio fundi dotalis iuramento confirmatur.

Iuramentum † præterea actum alioquin inualidum confirmat, vt dixit Didacus Couarr. in §. seunda partis relationis, numero 7. de pact. & hanc conclusionem sequitur etiam Bart. in l. si quis pro eo, n. 8. ff. de fideiuso. dum inquit, iuramentum non solum seruandum esse, sed etiam actum ipsum alioquin inualidum iuramenti religione confirmari, & validum reddi, vt est text. in cap. cum contingat. ibi, omnino, extra de iure iurand. & habetur in dicto cap. quamvis. ibi, seruari debet, vbi gloss. hoc expresse notat, de pact. in 6. & rursus in cap. licet, de iure iurand. in 6. & in authen. sacramenta puberum. ibi, in uiolabiliter. C. si aduers. venditio. Hanc præterea conclusionem sequuntur Calder. Anchar. Cardin. & Abbas, numero octavo, & Imola numero 18. in dicto capitulo cum contingat, extra de iure iurand. & Bartol. Bald. & alij in dicta authent. sacramenta puberum. vbi etiam Corn. numero 56. dum velunt, ab hac opinione iudicando & consulendo recedendum non esse. Hanc rursus communem esse opinionem dixerunt, & in primis Abbas, in dicto cap. cum contingat, numero 8. & Ias. in dicta authent. sacramenta puberum, numero 36. & Curt. iunior in consilio 47. columna 2. & Aret. in consilio 22. columna 3. & idem fatetur Alciatus in dicto capitulo cum contingat, num. 13. & Vitalis Cambanus in tract. clausul. in cap. an reductioni ad arbitrium boni viri posse renunciari, pag. 655. numero 36. & Riminal. Inst. quibus alien licet, vel non in princ. numero 207. & numero 227. & Afflct. in decisio. 322. num. 2.

Contrariam vero opinionem nonnulli ita declarando firmaverunt: vt scilicet iuramentum seruandum sit, sed contractus & actus non conualidetur, nec confirmetur vi iuramenti, vt dixit Butrius in d. c. cum contingat. & Cum a. in d. c. si quis pro eo. ff. de fideiuso. & Ioa. Fab. & Portius Inst. quib. alien. licet, vel non in prin. & rursus idem Portius in §. extraneo. Inst. de hered. que ab intest. deferunt. & Ias. in d. auth. sacramenta puberum, nu. 37. & Fortun. in tract. de vlt. fine, illatio. 19. & late Ioa. Ign. in l. 1. §. si vir & vxor, num. 145. ff. ad Syllan. & eandem opinionem tenuit Bart. in l. qui superstis. ff. de acquir. hered. Ex quibus Andreas Alciatus in d. c. cum contingat, dixit non dubitare, quin prior sententia sit magis communis, licet etiam posterior iure defendi possit.

Huius autem posterioris opinionis eam potissimum esse rationem dixit Didacus eodē in loco, quod contractus ad illum effectum confirmatur iuramento, vt absolutione non obtenta seruandus sit: ea vero obtenta, aliter dicatur. Ipse tamen Didacus eodem in loco primam sequitur opinionem, & dicit nullo pacto ab opinione Barto. in d. l. si quis pro eo, recedendum esse.

Ampliatur prima conclusio, vt inquit Didacus eodem in loco, num. 5. etiam si publicam utilitatem non principaliter, sed (vt aiunt Doct.) secundario respiciat. Probari autem inquit hanc conclusionem per tex. in d. c. cum contingat, extra de iure iur. & in c. licet, eod. tit. in 6. Confirmatur maxime ex eo, quod licet reipublicæ intersit foeminarum dotes augeri, vel saltem conseruari. l. 1. ff. soluto matrim. Et ideo lex ciuilis alienationem fundi dotalis prohibuerit, vt inquit iure consultus in rub. ff. defundo dota. Quia tamen ea prohibitio priuatam utilitatem & fauorem respicit, & si publicū etiam commodum continet, licet non principaliter: attamen alienatio fundi dotalis † iuramento confirmatur, vt habetur in d. c. cum contingat. & hanc conclusionem omnium fere cōsenſu recipi arbitratur, prout eata quoque cōſitmant illi, qui Corn. sequuntur in dicta authent. sacramenta puberum, numero 30. & Alciatus in d. c. cum contingat, num. 92. vbi Abbas, nu. 5. & Imola nu. 36. hanc opinionem veram esse dicunt, & optime in d. authen. sacramenta puberum, probari. Ratio autem huius conclusionis est, ne quis in perjurium incidat: nec dubium est, eum in cuius fauorem lex aliquid inducit, ei renunciare tacite vel expresse semper potuisse: Nam vbiunque constitutio aliqua in fauorem alicuius emanavit, semper fauorem illum inspicimus, quem præcipue & principaliter lex ipsa vel constitutio considerare videtur, non autem illum quem ipsa secundario infert, vt dixit gloss. in dicto cap. quamvis, de pact. in 6. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Benedictus Capra in tradit. de regul. regula 87. nume. 117. dum pariter vult, quod iuramentum ad fauorem & commodum priuatum editum seruandum esse vbi seruari potest sine interitu salutis aternæ, per textum in c. si vero, extra de iure iurand. & cap. venerabilem, extra de electio. iuncta authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. Hanc conclusionem sequitur etiam Corn. in consil. 287. num. 3. volum. 4. & dicit fuisse huius opinionis etiam legendi dictam authent. sacramenta puberum. & subdit sententia Bart. omnes pene adhære, q̄ quando contractus statuto vel lege aliqua ciuili infirmatur fauore iurantis vol ob varias hominum utilitates contractus iuramento firmetur, vbi sine dispendio salutis aternæ seruari potest: & inquit cōmūne esse ferē omnium sententiam, & si Butrius tenuerit tunc iuramentum contra. Etū non conualidare, sed iuramentū seruandum esse. & hoc casu etiam hæredes illud obseruare teneantur: Attamen Bartol. Angel. & Imola in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuso. & Docto. in dicta authent. sacramenta puberum. & Canonistas in dicto cap. cum contingat, & in d. cap. quamvis, de pactis, in 6. & in cap. licet mulieres, de iure iurand. in 6. & communiter tenere, contractum inualidum iuramento confirmari. & id inquit Corne. ibi in via decisiva, in dubium reuocandum non esse. Præterea indem Cornel. in consilio 249. numero 6. volum. 3. inquit, iuramentum in instrumento appositum eos contractus conualidare, qui à iute positivo variis ob hominum utilitates irritantur. Rursus eandem conclusionem firmat Cornelius in consil. 186. num. 19. volum. 2. vbi loquitur de donatione non insinuata. & inquit quod licet iure cōmūni, vel municipalī irritetur, iuramento tamen confirmari existimat. Hanc eandem conclusionem sequitur August. Berous in cap. venerabilis, numero 52,

extra de iudic. Item quod iuramentum conualidet contractum in fauorem priuatorum principaliter initum, voluit Abbas in *conf.8.num.4.vol.2.*

CAP CXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i. Iuramentum supplet defectum etatis, preterquam in iudicis, & vbi ignoranter iurat vel dolo adductus.

Alia etiam est ultra iuris communis dispositio nem iuramenti vis, + quod minorē maiorem reddit, vt inquit Hippolytus Riminaldus *Inst. quib. alien. licet, vel non. in princip. num. 256. & Thom. Gram. in decis. 101. num. 77. & rursus Hippol. Riminal. in conf. 5. num. 8. vol. 1.* Sed ad illud animaduertendum est, qd in casu Hippolyti iurauerat non contrauenire ex capite iuramenti, vel alia quacunque de causa, de quo iuramenti genere supra dictum est: nos vero loquimur, quando simpliciter iuratur. Hanc conclusionem sequitur etiam Paris. in *confil. 118. numero 20. volum. 1.* & rursus idem Paris. in *confilio 16. numero 145. volum. 2.* per textum in d. authent. sacramenta puberum. vbi late tradunt omnes Scribentes. C. si aduers. vendit. & notatur in d. c. cum contingat, extra de iure-iur. & Curt. iun. in *conf. 47. n. 2. par. 1.* & Aret. in §. nunc admonendi, *num. 6. 7. & 8. Inst. quibus alien. licet, vel non.* & Bertran. in *conf. 163. num. 8. & 9. volum. 3.* & August. Berous in *conf. 92. num. 7. cum seq. vol. 1.* & Corne. in *conf. 161. num. 1. volum. 2.* & Socin. iun. in *conf. 79. numero 5. vol. 2.* dum inquit, iuramentum beneficium communis etatis auferre, ita vt donatio subsistat. & Bertran. iterum in *conf. 309. n. 3. vol. 1.* & rursus Bertran. in *confil. 293. num. 2. volu. 3.* & gl. quam sequuntur Doct. C. de rescinden. vendit. & in *cap. pen. extra de emptio. & venditio.* & in *confilio 163. numero 8. eodem volum. 3.* & iterum Bertrand. in *confilio 127. numero 6. volum. 1.* Et ita inquit tenere Cuman. in *l. sciendum. ff. de verborum obligat.* vbi idem tenet etiam Imola: & inquit quod licet Dynus & alij contrarium velint, communis tamen practica hanc conclusionem sequitur, & ideo ab ea recedendum non esse, concludit Bertrand. eo in loco, per text. in *l. minime. ff. de legib.* & iterum idem dixit in *confi. 1. numero 78. vol. 2.* & iterum Curt. iun. in *confil. 47. numero 2. part. 1.* & Card. Alb. in *d. l. si quis pro eo, numero 3. ff. de fideiuss.* & Bald. in *confilio 66. numero 3. & 5. volum. 3.* Sed Salyc. in *l. si maior, la seconda.* C. de transact. inquit Bartol. ibi voluisse, quod quouis modo minor iuret in pœnam illius legis non incidere. Præterea, quod iuramentum supplet defectum etatis, tenuit etiam August. Berous. in *cap. 1. num. 187. extra de iudic.* & iterum idem dixit in *cap. in præsentia, numero 150. extra de probatio.* & idem dixit Innoc. in *cap. cum causa, extra de iuramen. calum.* & iterum idem firmat Bal. in *l. i. nu. 12. C. de rescinden. vend.* & Cephal. in *confi. 207. num. 6. volum. 2.* & Nicol. Moro. in *tracta. de treug. & pace, parte 1. quæst. 10. num. 3.* per ea, quæ voluit Alexand. in dicto confilio 27. volum. 1. & Decius in *confilio 31. numero 3.* Præterea etiam Cassa. hanc esse communem opinionem attestatur in *confilio 28.*

Limitatur autem prædicta conclusio pluribus modis, & primo fauore ecclesiæ: nam prælatus ad utilitatem ecclesiæ proprio iuramento contraue-

nire potest, vt declarat Abbas in *capitulo secundo, extra de iureiuran.* dum vult vt episcopus & prælatus iuramento à se præstito in damnum ecclesiæ contrauenire possit, nec in periurium incurrat, argu-mento capituli, *sicut nostris, extra de iureiuran.* Et in terminis nostris id voluit Abbas in *cap. secundo, in vlti. versic. extra de iureiuran.* inquiens nullum iuramen-tum in præiudicium ecclesiæ prælatum ligare: quia ipse ipreto suo iuramento ad utilitatem ecclesiæ, non autem ad suam propriam propria authoritate absque metu periurij, & sine absolutione contrauenire potest, quia iuramentum vinculum iniquitatis esse non debet. Item quia per iuramentum quis ab onere publico retrahi non debet. *cap. si diligenti, extra de foro comp.* quod sane euueniret, si prælatus suum iuramentum seruare teneretur, nec ei ad utilitatem ecclesiæ contrauenire posset, vt declarat Abb. in *d. cap. secundo, & optime facit illud, quod dixit Bald. in d. l. si ad excludendam, C. de rebus cred.* Et ideo dixit Berous in *conf. 92. numero 7. volum. primo,* homines cuiusdam hospitalis, ex quo non ad suam sed hospitalis utilitatem contraueniunt, in periurium non incidere. Comprobatur præterea haec li-mitatio ex eo, quod dixit Bald. in §. item sacramenta, in tit. de pace iurament. firman. in vñibus feudo. & Ioan. Andre. in *cap. grauis, extra deposi.* & Alexan. in *l. qui Roma. §. duo fratres, columna 42. in fi. ff. de verborum obl.* dum volunt, quod iuramentum prælati seu legitimi administratoris bonorum ecclesiæ contractui rohur cum ecclesia contracto non det, vt ad illius obseruantiam ecclesia teneatur atque cogatur. & hoc idem voluit Bald. in *l. generaliter. in ultim. colum. C. de rebus credit.* de ecclesia loquens: & dicit quod quamvis ciuitas & vniuersitas syndici iuramento quo ad reatum periurij non ligeatur, huiusmodi tamen fieri iuramento, vt vniuersitas loco maioris habeatur, & sic quod recte contractum dicatur, vt vniuersitas vel ciuitas in integrum restituiri non posse. id autem in ecclesia nullo iuramento fieri posse, vt pro maiore habeatur, quin contrauenire posse & restitutionem in integrum petere, vt est glos. clara & ibi omnes tradunt, *in cap. 1. de restit. in integr.* in *6. quam sequitur Abbas in cap. primo, eodem tit.* & est communis conclusio. Voluit præterea ea glos. eum etiam, qui iurauit nomine ecclesiæ, contrauenire & restitutionem petere & si non contrauenire iurauerit & restitutionem in integrum non petere, vt ibidem latius per eum.

Secundo limitatur in iudicis, vt dixit Bal. in *l. vñica, numero 56. C. de confess.* qui voluit iuramentum in iudicis defectum etatis non tollere, & ratio est, quia solemnitas iudiciorum, & ipsa iudicia publici iuris sunt, quicquid dixerit glos. in *d. authent. sacramenta puberum.* Exemplum ponit Bald. in tutore, qui iurauit, & tamen ob id veniam etatis non consequitur. *l. fina. C. de legit. tut.* & *l. denique, in princ. ff. de mino.*

Tertio limitatur, vbi fraus interuenerit, vt nota-tur in *l. quid ergo ff. de contra. iudi. tutela.*

Quarto limitatur, quo ad sagacitatem, vt inquit Cephal. in *conf. 207. nu. 7. vol. 2. vbi in num. 62. inquit,* huiusmodi iuramentum iutantem sagacem non reddere, vel prudentem, vt dixit etiam Bal. in *rubri. C. de rerum permutatio. vers. item queritur, donatio.* & *Ruin. in conf. 60. num. 25. in princ.* & *Decius in conf. 45. num. 1. & in conf. 180. in fin.*

Quinto limitatur in præsumptione ignorantie, propterea quod huiusmodi iuramentum ignorantiae præsumptionem non tollit, ut ex relatis in præcedenti limitatione habetur, & late tradit Alexan. in l. sciendum, num. 36 ff. de verbis oblig. & rursus voluit Cephal. in conf. 62. num. 37. volum. 1. & in conf. 142. numero 46. eod. volum. 1. & Ias. in d. authent. sacramenta puberum, num. 57. C. si aduers. vendit. & in l. si constante. ff. soluto matrim. & iterum Bald. in l. secunda, nu. 50. C. de rescind. vend. sed id procedere contra ætatem, non autem contra errorem, & idem dixit Curt. in authent. sacramenta puberum, numer. 12. C. si aduers. vend. & idem voluit Nicol. Moro. in tractat. de treug. & pace, part. 1. quest. 10. numero 3 per ea que voluit Alexander in consilio 27. volum. 1. & Decius in consilio 31. numero 3. & Curt. in cons. 47. col. fina. & Cassa. in cons. 28.

Sexto limitatur in dolo, vt inquit Moro. eodem in loco, utputa si quispiam dolo aduersarij ad iurandum adductus sit, vt inquit etiam Afflict. in decisio. 293. declaratur, & Curt. iunior in consilio 119. numero 5.

Septimo limitatur, vt dixit idem Curt. iunior. in d. consilio 119. numero 5. vbiunque aduersarius, in cuius fauorem iuratur, scit iuratum esse maiorem: nam tunc iuramentum ei non opitulatur, vt inquit Paul. Castrensi. in consil. 52. visis, columna 3. volum. 2. & in consil. 456. columna 3. ad primum, & Afflict. in decisio. 393. & pro declaratione. l. si alterius. C. si aduers. vendit. & Curt. in d. consilio 119. Deceptis enim non decipientibus iura subueniunt. l. 2. in fin. ff. ad senatus consult. Velleian.

Omittendum etiam pro prædictorum clariori declaratione non est, iuramentum vere & essentia-liter minorem maiorem non facere, sed interpretatiue, vel ficte, vt pro maiori habeatur efficere: & ideo licet addatur iuramento, & ex quauis alia causa, ob id tamen non est quod vere & realiter à maiore iuratum sit, vt exigit. l. si maior. la seconda, C. de transact. & ideo ad eum extendendum non videatur. l. 3. §. hec verba, C. de negot. gest. & præsertim, quia vñus altero valde rationabilior est, & ex consequenti valde diuersa ratio inter eos. & facit text. in l. fin. C. de his, qui veni. et at. impetra.

CAP. CXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

Certioratio, an requiratur ad hoc ut iuramentum tollat beneficium etatis.

Pro declaratione eorum, quæ supra diximus de ignorantia, in quinta limitatione, quærendum est, † an ad hoc ut iuramentum tollat beneficium etatis, certioratio necessaria sit? de hac quæstione loquens Corne. in d. authent. sacramenta puberum, num. 34. C. si aduers. vend. inquit, Dynum consulendo voluisse, vt certioratio requiratur: alioquin cum illa certioratio consistat in iure, & minor præsumatur ignorare iura. l. cum de indebito. §. quod autem. ff. de probatio. & ignorantia est in eo probabilis. l. regula. ff. de iur. & facti ignora. iuramentum ad ignorata non trahatur. l. fina ff. qui satisda. cogan. Et ratio est, quia iuramentum vim habet renunciationis, quæ ad ignorata non trahitur. l. mater decedens. ff. de inof-

fic. testamen. & l. si ad quem, & l. Clodius. ff. de acquisi- ren. hered. Et ideo iuramentum obesse nō videtur, cum minor certus redditus non appetatur. Hanc Dyni opinionem tenuit Cyn. in l. secunda, C. de rescind. vend. & eos refert & sequitur Alberi. in d. authen. sacra- menta puberum, secundum Rapha. & idem voluit Ioan. Andre. in capit. penult. extra de empt. & vend. per text. in d. cap. pen. & d. l. fin. Accedit etiam, quod iuramen- tum non trahitur ad id, quod verisimiliter iurans voluisse non creditur. l. fin. C. de non nume pecu. & l. fi. ff. qui satisda. cog. vbi Bald. sequitur hanc opinionem, cui etiam adhærere videtur in d. l. secunda, C. dere- scind. vend. & si de equitate distinguat, & in ea distinc- tione saltem residere videatur. Et hāc opinionem ibidem inquit Corn. esse satis æquam ob multas de-ceptiones, quæ minoribus fieri solent, & hanc opi- nionem amplecti posse existimat, cum alioquin habeamus quod mulier, quæ Velleiano renunciat, omnino certiorari debeat. d. c. cum contingat.

Contrarium vero opinionem, quod certioratio necessaria non sit, tenuit Bar. in auth. sacramenta pu- berum, & in d. l. sciendum. ff. de verbis obligat. & in d. l. secunda, C. de rescind. vend. & ita inquit consuluisse: Nam satis est si de facto certus sit, cur iuramentum adhibetur. l. si duo. §. idem Julianus, & §. si quis iurau- rit. ff. de iure iurand. & inquit de hoc text. esse in l. pri- ma, C. si aduers. venditio. si recte responderetur, & ita inquit communiter ab omnibus seruari. & facie etiam text. in d. authent. sacramenta puberum, cum iu- ramentum quem maiorem faciat, & ideo benefi- cio etatis vt non potest, & id si in genere notum sit, satis esse, vt in simili habetur in l. sub pretextu spe- cierum. C. de transact. & in d. l. secunda, vbi idem tenuit Arch. in cap. quamvis, de pact. in sexto, & Ioann. Andre. ibi, inquiens idem voluisse Hostiens. per illum tex. & idem velle videtur Petrus de Anchay. ibi, qui se refert ad Bartol. in dicta l. sciendum. Et idem tenet Bald. in dicta l. pri- ma, in fin. ff. de iure iurand. inquiens super quodam in- strumento cui minor simpliciter beneficio restitu- tionis in integrum renunciauit, & iurauit, consu- luisse iuramentum sufficere, & si de certioratione non appareret, & inquit huiusmodi suum consili- um approbatum fuisse à collegio Mediolanensi, ve latius ipse ibi prosequitur.

CAP. CXXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

Iuramentum tollit beneficium restitutio- nis in inte- grum.

Rosequendo ea, quæ proposuimus, sciendum est, vt inquit Nicolaus Moronus in tract. de ireug. & pace, part. prima. quest. 110. numero secundo † iura- mentum corporaliter præstitum beneficium tol- lere restitutio- nis in integrum. Hanc conclusio- nem tenuit Corne. in consilio 191. numero primo, vo- lum. secundo, & Socin. iunior in consilio 47. numero 39. & 40. volum. tertio, & rursus Socin. iunior in consil. 77. numero 150. volum. primo, & Socin. senior in consil. 35. numero 29. volum. 4. & Alexan. in consilio 222. nu- mero 2. volum. secundo. Præterea, quod quis iuran- do beneficium restitutio- nis in integrum renunciase videatur, tenuit etiam Bertrand. in consil. 293. nu- mero 10. sec-

ro secundo, volum. 3. & ita tenuisse Bartol. & Angel. & Castrens. in d. authent. sacramenta puberum, & refert quamplures alios. Item quod stante iuramento quis restitutionem in integrum petere non possit, iterum firmauit Bertran. in consilio 163. num. 7. eodem volum. 3. & iterum in consilio 227. numero 1. & 4. volu. primo, & Card. Alb. in l. prima, numero 1. & si loquatur de iuramento in specie præstito de non petendo restitutionem in integrum. & iterum Bart. in d. auth. sacramenta puberum, numero 16. C. si aduers. vendi. & Cephal. in consilio 34. numero decimoquarto, volum. primo, & Ruin. in consilio 135. numero 11. volum. primo, & Afflict. in cap. vnico. §. item sacramenta, in princip. numero 3, in titul. de pace iuramen. firm. & Nicol. Bello. in consilio 18. numero 7. & Hieron. Buttigel. in l. sciendum, num. 48. 49. & 52. ff. de verborum obligat. & Alexand. in consilio 222. numero 2. volum. secundo. & iterum Alexan. in consil. 80. numero decimoquinto, volum. quinto. & Berous in consil. 50. num. 32. volum. primo, & Abb. in consilio 107. numero 6. par. secunda. licet dicat text. in l. 1. C. si aduer. vend. in qua firmant hanc conclusio- nem, hanc questionem nō decidere, cum stante iu- ramento loquatur, non iuramenti vinculo per- stente: Nam inquit in integrum restitutionem peti non posse, siue contractus cum solemnitate initus sit, siue nō: & ad hoc inquit facere hodie tex. in au- then. sacramenta puberum, qæ hodie Martini o- pinionem, de qua ibi approbare videtur, vt notatur in d. l. 1. & in d. authent. sacramenta puberum, & videtur probari in d. c. cum contingat, extra de iureiuran. & aper- tissime innuit text. in d. l. prima, dum inquit Imperator: Neque perfidia, neque periurij me authorem futurum sperare debuisti, &c. Aciuramento legitima absolu- tione diluto periurium in concedenda seu peten- da in integrum restitutione dici potest: quinimmo prius absolutione petita, iuramentum obser- uatur. cap. venerabilem, extra de electio. & cap. verum, extra de iureiuran. cum similibus. Et ideo dixit Imola in d. cap. secundo, extra de iureiuran. nulli contra iu- ramentum proprium in integrum restitutionem dari, sed absolutionem tantum. Contra iuramen- tum autem ab alio præstitum in integrum restitu- tionem dari, vt puta minor sit Iesus alteri in iudicio iuramentum deferens. l. non postea, §. secundo, ff. de iureiuran. Vnde inquit inspiciendum esse, an in hoc casu absolutio a iuramento peti possit, & inquit Abb. ibidem posse existimare. Præterea hanc eandem conclusionem, quod iuramentum tollat restitucionem in integrum, voluit Cephal. in con- silio 34. numero decimoquarto, volum. primo, dum in- quitt, iuramentum cōtractum confirmare, & illam cōfirmationem ita validam esse, vt ne in integrum restituzione rescindi possit, quasi iurans ei renun- ciasse videatur, vt inquit Bartol. in d. l. nam postea. §. si minor, in fin. ff. de iureiuran. & in dicta authent. sa- cramenta puberum, vbi crebrius ceteri, & Bartol. in d. l. sciendum. ff. de verborum obligatio. vbi etiam Alexand. late, numero trigesimoquarto, cum sequ. qui hanc esse communem opinionem attestatur, & Felyn. in d. capit. si diligenti, columna 4. versic. secundum corollarium. extra de foro competen. & Socin. in consil. 115. numero septimo, & Deius in consil. 31. colum. pen. numero 3. versi. & stante tali iuramento. & idem tenuit Ruinus in consil. 135. nu. 11. & 12. volum. 1. & Roman. in consil. 12. & Paul. Castrens. in l. si alterius, quam legit cum præcedenti. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. intitul. de restitut. in integrum. in §.

secundo, & Specula. in eodem §. sed cum ēi. & ibi etiam dicit Castrens. in authen. sacramenta puberum, vbi latius prosequitur.

Hæc conclusio, qua dicimus iuramentum tol- lere restitutionem in integrum, pluribus modis li- mitatur: & primum, quando in contractu iurato iuramentum præstitum fuit à minore vti minore, hoc est scientie se esse minorem. Secus si minor contraxerit, vt maior, vt puta quia de minore ætate mentio facta non est, licet vere sit minor: tunc n. si errans contrahat & iuret, nō procedit. d. authen- sacramenta puberum, vt dixit Socin. iun. in consilio 3. column. pen. volum. 2. ea potissimum ratione motus, quia qui vt minor iurat, videtur beneficio mi- noris ætatis renunciare, vt dicunt omnes in d. au- thent. sacramenta puberum. Quod sane in eo locum non habet, qui minorem se esse nescit, cum nemo iuri quod ignorat, dicatur renunciare. l. ma- ior. ff. de inoffic. testamen. Et ideo dixit Thom. Gram- ma. in decisio. 101. num. 77. iuramentum nihil effice- re, nisi quatenus filiam doti maternæ renuncian- tem maiorem reddit, non autem quin ea aduers. læsionem restitutionēpetere possit, nam duo iura habens si vni renunciet, alteri renunciatione non di- citur, vt latius ibi per eum. ille enim, qui vt minor iurat, videtur renunciare minori ætati, quod in eo qui nescit se minorem, locum habere non potest, & Franc. Marci quest. 21. num. 1. volum. 1. & Anton. Gabriel. libro secundo, de iureiuran. conclus. 3. & pri- mum tenet, quod certioratio requiratur, & deinde firmat contrariam opinionem.

Secundo limitatur, vbi est enormis vel enormis- sima læsio, vt dixit Afflict. in decisio. 322 numero septi- mo. Hec limitatio sublimitatur, quia licet iuramen- tum non tollat restitucionem in integrum ex capite enormis læsionis, vt ipse inquit eo in loco, & alij quo adducimus, impedit tamen petitionem resti- tutionis in integrum ex capite minoris ætatis: Et ideo Franc. Marti in quest. 66. num. . . cum sequentib. volum. 1. inquit, iuramentum iurantem maiorem facere, & solemnitatis defectum supplere contra- cillum quam confirmare. d. authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & glos. in l. secunda, C. de rescid. vend. & cap. pen. extra de emp. & vend. Præterea idem Franc. Marci in quest. 481. num. 1. volum. 2. inquit, quod licet iuramentum firmet contractum mino- ris. d. authen. sacramenta puberum, attamen bene- ficium restitucionis in integrum, cum minor est læsus: non impedit, quia præsumit ignorare. & Socin. iunior in consil. 47. numero 39. & 40. volum. 3. & tradit Paris. in consil. 96. vol. 1. & Cagno. in d. auth. sacramenta puberum.

Sublimitatur prædicta conclusio, vbiunque a- lio modo interuenit læsio, quam ex falsis instru- mentis, & ita limitat Franc. Curt. in l. si ex falsis, num. 44. C. de transact. inquiens, quod omissa communi solutione ad dictam. l. si alterius. C. si minor se maio- dixerit, aliter respondendo dicit, quod illud quod dicitur, iuramentum tollere beneficium restitu- tionis in integrum, tunc locum habere, vbiunque alio modo læsio interuenit, quam ex falsis instru- mentis.

Tertio limitatur prædicta conclusio, vt voluit Cyn. in l. secunda, post Dynum in 6. quest. quando minor non certioratur. l. si ff. ad senatus consul. Velleian. vt dixit etiam gl. & notauit in l. sciendum. ff. de verbor. oblig. Et

Bartol. in d. authen. sacramenta puberum, & in l. si duo patroni. §. item Julianus. ff. de iure iur. dicat iure iur. dicat iuramentum minorem ab huiusmodi beneficio restitutionis in integrum excludere, quia trahitur ad incognita, ut dixit etiam Alex. in d.l. sciendum. ff. de verb. obli. & præsertim si sit renunciatum restitutioni in integrum ex qua uis causa: nam non potest referri, nisi ad beneficium restitutionis in integrum minoris ætatis. At Franc. Marci in q. 48. num. 1. vol. 2. dixit iuramentum cōfirmare contratum minoris d. authen. sacramenta puberum. beneficium tamen restitutionis in integrum non im dire, si sit lœsus, ut supra diximus. & ratio est, quia ignorare præsumitur, ex quo certior factus nō fuit. l. si. ff. ad senatus conf. Velleian. & voluit gl. in d. l. sciendum. & hanc opinionem inquit tenuisse Dynum, quem referunt & sequuntur Cyn. & Salyc. in l. 2. C. de rescind. vend. & Ioan. And. & But. in d. c. cum causa, extra de emp. & vendi. ita ut certior redditus non intelligatur, ut dixit idem Ias. in d. auth. sacramenta puberum. vbi dicit hanc opinionem magis æquam esse. Verum Nicol. Bello. in conf. 18. n. 7. inquit, quod ex quo quis iurauit non contrauenire, & ideo maior effectus dicitur. d. auth. sacramenta puberum. vnde efficit tale iuramentum, vt aduersus contractum restitutio in integrum peti non possit, ut voluit Bart. in d. auth. sacramenta puberum. esse tamen nonnullos voluisse eum minorem, qui ita iurauit, certiore redditum fuisse oportere huiusmodi beneficij restitutionis in integrum ad hoc, ut ab ipso restitutionis in integrum beneficio excludatur, quibus Barto. non assentitur in d. auth. sacramenta puberum, sed velle ut certioratio necessaria non sit. & hanc Bart. opinionem sequitur etiam Alex. in conf. 27. viso libello, col. 3. vol. 1. & Curt. iunior in confil. 47. habita diligentia, col. fin. & hanc inquit esse communem opinionem stylo curiæ cōfirmatam, à qua dicit recedere tutum non esse iudicando vel consulendo, Cassane. in confilio 28. le castel. colum. 2. & latius Stephan. Bertand. in confilio 169. visis duobus, colum. fi. Præterea hac de re loquens Igneus in d. auth. sacramenta puberum, n. 49. inquit dictam auth. stante certioratione, procedere. & ita limitat opinionem Dyni in d. confil. Dyni, quod incipit, Quæstio talis est: Quidam D. Goffredus minor 25. annis. quod consilium refert & sequitur Cyn. in l. 2. C. de rescind. vend. & ponit illud ad verbum Alb. in d. authent. sacramenta puberum. & idem confil. Dyni pariter ad verbum refert Bald. in quodam suo consilio quod incipit, Cyn. in l. 2. C. de rescind. vendi. Et sic volunt, vt minor de ipsa restitutione in integrum certior reddendus sit: & sic stante tali certioratione, si iure, dicunt locum habere d. authen. sacramenta puberum, & secus si certioratus non sit. Et ratio est, quia iuri quod quis ignorat sibi competere, nunquam præsumitur renunciare. l. mater, cum vulgarib. ff. de inoff. test. Imo, quod plus est, iuri de quo quis dubitat, an sibi competit, renunciare non præsumitur. l. fina. §. fin autem nescius, & ibi notat Bart. Bald. & alij in c. 1. extra de iure iur. Sed minor iura ignorare præsumitur, ut est tex. in l. regula, in prin. ff. de iur. & facili ignor. & l. 2. in fin. ff. de iure fisi. & ex consequenti beneficium restitutionis in integ. Ergo iurando ei renunciasse, nisi certior redditus, nō præsumitur. & latius ibi prosequitur, num. 52. Præterea hanc cōclusionem tenuit Fed. de Sen. in conf. 199. & Pet. de Arich. in c. accessorium, col. 12. extra de reg. iu.

qui dicit ita cōsuluisse de Senis in casu cuiusdā puel æ minoris 25. ann. quæ cum haberet hæreditatem paternam quinq; millium librarum, eam fratribus renunciauit, sexcentis florenis in dotē receptis ibi latius ipse prosequitur. & Soc. iun. in cōsil. 3. num. 46. volu. 2. certior autem reddi debet sui beneficij, ac etiam illius q̄ iurando amittit, ut videtur tenere Dynus in d. l. 3. §. 1. ff. de contra. & vii. actio. tute. & Ioan. Andr. in cap. fina. extra de empt. & vend. & Cuma. in conf. 180. & Bald. in conf. 213. punctus talis est, vol. 2. & Fulg. in conf. 237. Filius Guido. col. 2. & Alber. de Rosa. in d. authen. sacramenta puberum. & hoc sequitur Imol. in d. cap. cum causa. extra de empr. & vend. Et licet multi contrarium velint, ut Bartol. & alij plures in d. auth. sacramenta puberum, ut late prosequitur Barb. in consilio 91. illud referam. colum. pen. & antepon. volum. 3. & Ias. in d. auth. sacramenta puberum, in 3. limita. & Curt. in conf. 43. super contingentia, col. 5. & Fel. in cap. ex rescripto. col. 5. extra de iure iur. Attamen omnes præsupponunt eum, qui iurat, scire se esse minorem: si vero quis credat se maiorem, & tanquam maior contrahit & iurat, dispositionem d. auth. sacramenta puberum, locum non habere.

Sublimitatur prædicta limitatio, vbi cunq; aliae solemnitates vna cum iuramento interueniunt, ut inquit Aug. Berous in conf. 50. nu. 37. volum. 1. Nam prædictis accidentibus non solum ratione iuramenti aliarumque solemnitatum interpositarum notitiam habuisse præsumitur, sed & omium iurium suorum & omnium remediiorum sibi quomodo libet competentium, ut notauit Baldus in l. 1. in vltimis verbis. C. de rebus cred. & Ioann. Andr. in d. cap. quamus.

Secundo sublimitatur, vbi cunq; minor vel mulier à notario certiores fiant, quod ex verbis instrumenti deprehenditur, quæ de tali certificatione fidem faciunt, quibus in hoc standum est, ut dixit idem Aug. Berous in d. conf. 50. n. 38. volu. 1. ut dixit Alex. in conf. 42. col. 5. vol. 1. & in cōsil. 61. viso processu, col. 2. vol. 2. & in conf. 53. vol. 3. col. 7.

Contrariam vero opinionem, quod imo iuramentum impedit beneficium restitutionis in integrum, etiam quod certior talis beneficij factus non sit, tenuit Alex. in conf. 222. n. 2. vol. 2. dum vult, minorem & mulierem etiam quod certiores redditii non sint, in integrum restitutionem petere non posse, ut notauit etiam Bart. in d. l. si duo patroni. §. idem Julianus, per illum text. ff. de iure iur. & in d. l. sciendum ff. de verb. obli. & tenuit iterum Barto. in l. 2. C. de rescind. vend. & Cuma. in eadem. l. sciendum, & Bar. in d. authen. sacramenta puberum, & idem voluit Imola in eadem l. sciendum. Præterea hanc conclusionem sequitur Hieron. Butrig. in d. l. sciendum, num. 48. 4. 9. & 52. ff. de verbo. obli. Præterea hanc conclusionem, quod licet minor non sit certioratus, secundum magis communem opinionem, quam probat stylus, & cōsuetudo, restitutionem in integrum petere possit, tradit Hippol. Riminal. in conf. 18. nu. 9. vol. 1. & hoc esse de stylo & consuetudine tradit Alex. in conf. 42. num. 10. vol. 1. licet contra eam multi, ut supra vidimus, sentire videantur, & idem tenuit Calla. in confil. 3. nu. 4. cum aliis vulgaribus.

Hæc conclusio, quod iuramentum non impedit in integrū restitutionem, limitatur, vbi cunq; minor iurat non contravenire ratione minoris ætatis, nam tunc restitutionem in integrū petere impeditur,

peditur, ut inquit Hieron. Butrig. in d.l. sciendum, nu. 48. 49. & 52. ff. de verb. oblig. & subdit super hac conclusione, Alex. in d.l. sciendum, col. 11. vers. iuxta, multa pro vtaq; parte per duas fere columnas, & infinitas pene authoritates adduxisse.

Quarto limitatur in prælato alienante bona ecclesiæ contra dispositionem extraugantis Pauli secundi Veneti: nam instrumento nō ligatur, quin cōtra illud venire possit, & sic eo non obstante contra factum suum: & ideo multo magis nō obstante instrumento restitutionem in integrū petere poterit, ut ibidem inquit Berous ac etiam nu. 7. vbi voluit, Bal. in c. vnic. §. item sacramentum, in tit. de pace iur. fir. in vñb. feudo. & Ioan. And. in c. grauis. extra de deposito. & Alex. in l. qui Rom. §. duo fratres, col. 42. in fi. ff. de verb. oblig. dum volunt, iuramentum prælati seu legitimi administratoris bonorum ecclesiæ contractū cum ecclesia initum non confirmare, ut ad illum obseruandum ecclesia teneatur, & cogi possit. Et hoc idē innuit Bal. in l. generaliter, col. fi. C. de reb. cred. addens quod licet ciuitas seu vniuersitas iuramento syndicī, quo ad teatum non obligetur, eo tamen iure iurando fieri, ut ciuitas vel vniuersitas loco maioris habeatur, & ex consequenti ut iure contractum censeatur, ita ut ciuitas vel vniuersitas in integrum restituī non possit, licet in ecclesia id locum nō habeat, quia nullo quidem iuramento, ut Ecclesia loco minoris habeatur, fieri potest, quin ei contravenire & in integrum restitutionem petere possit, ut est gl. quam ibi omnes sequuntur, in c. i. extra de ref. in integr. in 6. & eam sequitur etiam Abb. in c. i. ed. tit. & est communis conclusio. Imo voluit eadem glossa ut illemet, qui iurauit contra suam iuramentum ecclesiæ nomine venire possit, & in integrum restitutionem petere. Hanc conclusionem iterum tenuit Berous in conf. 8. nu. 13. vol. 3. Præterea Lambertinus in tract. iuris patron. lib. 2. artic. 9. primæ questio. principal. n. 20. inquit gl. in c. i. in verbo, cōtractum, ante finem, de restit. in integr. in 6. quam ibi omnes sequuntur. hanc eandem sequitur opinionem, & eam sequitur Firma. alia deducendo, in suo repertorio, in verbo, iuramenti effectus, in versicul. 100. & sequenti, vbi pariter dicit, secus esse in iuramento vniuersitatis, ut ibi per eum. & de iuramento oeconomici, vel rectoris hospitalis, ibid. num. 103. Et idem de Ecclesia, quod iuramentum in eius damnum non vergat, dixit Imol. in d. c. cum ad hoc, num. 3. extra de cler. non refid.

Quinto limitatur in iuramento tutoris vel curatoris, vel alterius administratoris non habentis mandatum ab homine, huiusmodi namque iuramentum minori restitutionem in integrum nō adimit, ut inquit Cagnol. in d.l. 2. n. 108. C. de rescind. vend. & Alex. in conf. 21. vol. 5. & Bauer. in tract. de virib. iura. casu. 43. in fi. & faciunt ea, quæ dixit Lud. Goz. ad. in cōf. 44. & Paul. Castr. in d. authen. sacramenta puberum, col. 1. quicquid senserit Bal. in fi. quest. in d. l. 2. C. de rescind. vend. & tradit Alexan. in conf. 222. vol. 2. & Barb. in cōf. 70. vol. 3. & Corn. in d. Auth. sacramenta, col. 4. car. 9. vbi Ias. n. 11. cum seq. & Paris. in conf. 96. vol. 1. & notat gl. in c. i. in verbo, contractum de restit. in integr. lib. 6. & ibi Doct. & notat Ioan. And. in c. i. extra de deposi. & Bal. in c. vnic. §. item sacramenta, col. 6. in versic. item queror, vtrum iuramentum prælati, in tit. de pace iuram. firmam. & in l. 1. col. 4. C. de pact. & in l. generaliter, in princip. C. de rebus credit. & facit tex. in c. i. §. contractus, de rebus eccles. non alien. in sexto.

Sexto limitatur in dolo aduersarij, ut dixit Saly. in l. si alterius, n. 3. C. si minor se matio. dixerit, per text. in l. si ex falsis, C. de transact. qui tex. ut declarat Azo intelligitur quando iurans decipitur dolo aduersarij, qui falsa instrumenta deduxit. Tex vero in d. l. si ex falsis, procedit quādo sui facilitate fuerit deceptus, ut colligitur ex eo ver. si tamen instrumenti, qui referunt ad proximum vers. aditus, & hanc inquit esse vetam & communem declarationem. Alij vero referunt illum ver. ad vers. quod si per iniuriam. & ex consequenti intelligunt quod in d. l. si alterius, dolus aduersarij interuenierit: in d. l. si ex falsis, dolus & fraudem interuenisse ibi, ut quia ibi falsa instrumenta produxit. At in d. l. si alterius, mendacia tantum protulerit. Subdit tamen Sal. eodem in loco, hanc declarationem tutam non esse, nam si in d. l. si alterius, dolus aduersarij in probatione etatis extiterit, consequitur ut causa periurij fuerit, & magis immediata, quam in d. l. si ex falsis. & ideo in integrum restitutionem minus impedire deberet. Et id eo magis dicendum esset, cum & ibi etiam falsitas in probanda etate interuenierit, & ideo si dicatur, dolus aduersarij in d. l. si alterius, interuenisse, ita distinguendum est. Aut ille, qui iurauit speciali beneficio contravenire, hoc est etatis, ut habetur in d. l. si alterius, aut beneficio iuris communis, quo competit etiam maioribus, & potest, ut in contrario. Ratio autem est, quia facilius iura specialia, quam communia tolluntur. Iesus. §. primo, C. de testa. & habetur in Auth. de non alien. §. vt autem. Item quia hoc iuramentum beneficio etatis tantum repugnat, cum illud tantum respiciat, & ideo si illud tollat, mirū nō est: non autē beneficium iuris communis, cum non respiciat speciale. & hoc casu verificetur alia solutio, quam refert gloss. in versi. vel hic tractatur. Vbi autem dolus aduersarij non interuenit, & tunc aut vult contravenire de iure communis & non potest, aut de iure speciali, & tunc aut iuramentum corporaliter praestitum est, & non potest, ut habetur in d. l. si alterius in fin. aut verbo tenus. & tunc potest, si etas scriptura probetur, ut ibi in fin.

Septimo limitatur in iuramento simpliciter praestito propterea quod eo iuramento non obstante minor restitutionem in integrum petere posse videtur, ut inquit Bar. in d. authen. sacramenta puberum, numero decimo sexto, C. si aduers. vendit. auctoritate Dyni, qui ita consuluit, ut ait Bart. & Cygnus refert in l. secunda, C. de rescind. vend. Ratio autem est, secundum eum, quia nemo ei renunciare videatur, de quo non cogitauit. d.l. mater. ff. de inoffi. testam. sed minor sibi restitutionem competere cogitasse non videtur. Ergo ei renunciare non videtur. Iuramentum namque ad illud, de quo cogitatum non est, non extenditur. l. fi. §. si quis. ff. qui facit d. cog. & l. fi. in prin. ff. ad senatus cons. Maced. & l. fi. C. de non nu. pecu. & d. l. si ex falsis. C. de transactio.

C A P . C X X X V I .

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

1. Ciuitas si contractum faciat & syndicus mandatum habeat cum iuramento, quod contraxerit & iurauerit, iuramentum illud quid operetur.
2. Iuramentum vel actus quod seruetur, differentia, & effectus duo.

Quoniam vidimus iuramentum Syndici alicuius ciuitatis vel vniuersitatis in integrum restitutionem impedire, ita ut ciuitas seu vniuersitas restituui non possit, vt supra dictum est, et si de ecclesia, & iuramento prælati aliter dicendum sit: Ideo Ias. in tit. de vñibus feudo. num. 93. quæsiuit, quid dicendum sit, † si ciuitas Perusina aliquem contractum fecerit, & syndicus mandatum habeat cum iuramento: vt puta quia contraxit & iurauit, quidnam iuramentum illud efficiat, cum ciuitas animam non habeat, vt notat Innocent. in d. e. grauis, vt ex natura ciuitatis appetat. In hac questione respondet Bal. quod aut loquimur de reatu, & pena perfurij, & tunc solum iurantes & mandantes teneri a ligari certum est: aut vero loquimur de perpetuitate, & tunc recte contractum esse certum est, sed iuramentum illud efficere, vt respublica loco maioris habeatur, & contractus in uiolabilitate valeat, & ciuitas seu respublica in integrum non restituatur, prout dicitur de minore in contractu iurante. d. authen. sacramenta puberum, & in corpore. C. si aduers. vend. & hanc inquit fuisse opinionem Rainery in summa illius tit. de iure iur. & facit optime tex. in capit. presentium, de testib. lib. 6. Quo tamen ad actum conualidandum, idem dicendum est de ciuitate, quod de minore. Idem etiam confirmat per ea, que voluit gl. ordinaria in c. 1. in gl. 4. in verbo, contractum, extra de ref. in int. in 6. q. vult, vt quædo ecclesia aduersus contractum in integrum restitui petit, multo maius sit eius priuilegium quam minoris: Nam si minor iurat, vt supra vidimus, non contrauenire, in integrum non restituitur. d. auth. sacramenta puberum, & in corpore unde sumitur, si vero prælatus iuret non petere vel non contrauenire alicui contractui, qui damnum ecclesiæ affert, si prælatus ipse ita iurando deieret: attamen ecclesia vel eo prælato petente, vel alio iudicis officio, in integrum restituitur. Subdit tamen ibidem Ias. in cōtrarium facere illud, quod voluit idem Bald. in l. 1. colum. 2. in 7. oppositione. C. de pact. dum vult, quod si testator post mortem filij alicui hospitali bona sua relinquit ita vt substitutio pupillaris sit, hospitale huiusmodi substitutionem pupillarem remittere non posse filio viuentे subdens in hoc casu iuramentum Orphanotrophi nil operari, propterea quod iuramentum personale loco pio non hocet. & licet subdit Ias. non exprimat, quid sit, si prælatus iuret cum toto capitulo, attamen inspecta ratione decidendi, quæ in omni casu generaliter militat, idem dici debet, & ita inquit reprobare Bal. & si in specie eum reptobari reperiat.

Non videtur etiam omittendum Ioh. Igneum in d. authen. sacramenta puberum, nu. 5. & 9. C. si aduers. vend. voluisse, vt per illam auth. contractum minoris, si sit in ualidus, ob iuramentum non confirmari, aut validum reddi, vel si sit validus, iuramento minori in integrum restitutionem nō auferri. propterea quod si verba tam ipsius autheticæ animaduertantur, quam corporis unde illa sumitur, nullum verbum de validitate contractus reperiatur nec etiam ullum quod in integrum restitutionem impedit: sed tex. ille dicit iuramentum irrevocabiliter seruandum esse. Aliud igitur est, q. iuram. contractū cōualidet aliud iuramentū esse in sua validitate vel in ualiditate permaneat. Verū si queratur, quæ nam realiter differentia sit, † quod iuramentum vel

actus seruetur, respondet magnam esse differentiam, & magnos, & diuersos effectus oriri, quandoquidem si illa authen. solum iuramentum seruandum esse disponat, & contractum in sua validitate vel in ualiditate relinquat, & tunc mortuo minore, cum ab eo præstitum sit iuramentum, ex quo contractum non conualidat, eius hæres agere poterit, si vero iuramentum contractum validate dicamus, & beneficium restitutionis in integrum tollere, vix hæres minoris contra eum, qui cum minore contraxit, ad contractus rescissionem agere poterit. & hæc est prima differentia & primus effectus. Secundus autem effectus est, quia si dicimus iuramentū in uiolabilitate tantummodo obseruandum esse, & tunc quamprimum minor semel contractum impleuerit, & ex consequenti iuramento satifecerit, poterit deinde vti lœsus repetere illud, quod dederit, prout etiam dicimus de eo, qui iurauit soliti vñuras, vt supra late dictum est, nam iuramentum eum præcise ad soluen dum compellit, ei deinde repetitionem concedit. cap. debitores, extra de iure iurand.

Cap. CXXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Iuramentum confirmat contractus in ualidos.

Iuramentum præterea confirmat actus † in ualidos, vt dixit Alber. à Rosate in l. vt iuri iurant. nu. 2. ff. de oper. iber. exemplum primo loco ponit potest in muliere rem dotali alienante: nam si huiusmodi contractus fiat ab uxore cum iuramento non contraueniendi conualidatur, id quod procedit etiam si cum iuramento consentiat, propterea quod tunc alienatio subsistit, dummodo iuramentum vi, do-lo, vel metu non interponatur, sed sponte, vt habetur in cap. cum contigat, extra de iure iur. & in c. quamvis, de pact. lib. 6.

Cap. CXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Iuramentum confirmat alienationem factam à muliere 12. annorum, & à masculo annorum 14.

Ecundum exemplum † ponitur in alienatione facta à muliere 12. annorum, & à masculo 14. Nam licet alias de iure communi non subsistat, iuramento tamen confirmatur, vt habetur in d. authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & in d. cap. quamvis, de pact. libro sexto.

Cap. CXXXIX.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum habet viam confirmandi contractū alioqui iure speciali in ualidum.

S V M M A R I A.

i Iuramentum confirmat contractum nullum de iure speciali.

- 2 Lex annulans contractum ybicunque principaliter fundatur in favore priuati, licet in quandam consequentiam & secundario respiciat publicam utilitatem, iuramentum contractum confirmat. secus vero si lex positiva seu statutum aliquid prohibet bonorum morum conseruandorum causa.
- 3 Iuramentum non confirmat promissionem mulieris contrahendi matrimonium cum adultero.
- 4 Lex qualibet in bonis moribus ciuilibus, & equitate naturali fundata intelligitur.
- 5 AEquitas ciuilis rationabilis est.
- 6 Lex reprobans pactum l. commissorie in propinquioribus in bonis moribus ciuilibus fundata sit.
- 7 Iuramentum contra bonum publicum nihil potest.
- 8 Ius publicum pacis vel iuramenti remitti, aut tolli non potest.

Tertium exemplum ponitur in contractu nullo de iure speciali: nam licet, ut habetur in decisione Capel. Tholosa. 382. iuramentum contractum nullum de iure communii non confirmet, contractum tamen † nullum de iure speciali confirmat, ut dixit Collecta. in d. cap. cum contingat, extra de iure iur. & in cap. cum Marthae. in vers. non valet, extra de celebrat. missa. & Ioan. Monach. in d. cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. & Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fiduciis. & in l. no dubium. vbi Cyn. insi. opposi. C. de legib. & tradunt Doct. in d. l. si quis pro eo. & in l. iurisgentium. §. si patiscar. ff. de pact. & Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbis. obligat. & in l. is cui. eod. tit. & in d. authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & Bal. in l. illud, colum. 5. C. de sacro sanct. eccles. & latius in d. l. non dubium. C. de legib. & in l. pactum, quod dotali. C. de collat. & Butr. Imol. & Abb. in d. cap. cum contingat, & Ioan. Monach. Arch. Io. And. & Gemi. in c. 2. de pact. lib. 6.

2 Nam communis est conclusio, quod vbi lex † annulans contractum principaliter fundatur in favore priuati, licet in consequentiam & secundario publicam utilitatē respiciat, ut habetur in d. cap. cum contingat, & in d. c. 2. de pact. lib. 6. & in d. auth. sacramenta puberum, & hoc genus, tunc proculdubio contractum confirmet. Hanc conclusionem tanquam communem sequitur Abb. Siculus in d. c. cum contingat, col. 10. & in sua disputatione incipiente, stante statuto, vbi latissime prosequitur. Verum vbi lex positiva vel statutum aliquid prohibet benorum morum conseruandorum causa, utique illud tollere iuramentum non potest, ut habetur in d. cap. non est obligatorium, de reguli. iur. lib. 6. cum huiusmodi regulā in æquitate naturali fundata sit, quæ quidem immutabilis est, & præferrim à iurante, qui est priuatus. dist. 5. in princ. & c. ea quæ contra mores. 8. dist. De hoc autem exemplum ponitur in † muliere, quæ viuente vita iure iurando adultero promisit cum eo post mortem sui viri matrimonium contraherere: nam in hoc casu & simili, iuramentum talem promissionem tanquam contra bonos mores, & legis dispositionem, non confirmat, ut habetur tota tit. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Id autem de bonis moribus naturalibus, non autem ciuilibus tantum intelligendum est, quandoquidem qualibet lex † in bonis moribus ciuilibus, & naturali æquitate fundata intelligitur. c. consuetudo, 5. dist. 1. Hæc autem † æquitas ciuilis, rationabilis est. c. non debet, extra de consanguin. & affin. Nemo enim dubitat, quin lex † reprobans pactum. l. commissio-

riæ in propinquioribus, in bonis moribus ciuibus fundata sit, & tamen iuramentum contractum efficit, & nihilominus subsistit. c. significante, extra de pign. Aut vero lex vel statutū in bono publico principaliter fundatur, & idem quod paulo ante dictū est, concludi debet, propterea quod iuramentum † contra bonum publicum, nihil potest: nam ius publicum pactis, vel † iuramentis remitti & tolli non potest. ius publicum. ff. de pact. & c. contingit, extra de sent. excom. & c. si quis diligent, extra de for. comp. Aut lex vel statutū nō fundatur in bonis moribus naturalibus, nec in bono publico principaliter, sed in aliquorum odio: & tunc iuramentum subsistit actumq; confirmat. Nulla namq; in iurante turpitudo reperitur, ybicunq; sine dispendio salutis æternæ adimpleri potest, & si aliter inspecto dispendio rerum temporalium dicendum sit, ut habetur in c. significante, & in c. debitores, extra de iure iur. Et in hoc casu iuramentum contractum nō firmare, voluit Bar. in d. l. si quis pro eo, & Abb. in d. c. cum contingat. col. 9. & in d. sua disputatione, & idem dixit Clauas. in S. iuramentum, nu. 23. dum vult, quod vbi cōtractus sit contra legem, vel statutum principaliter in favorem vel odium priuatū fundatum, ita iuramentum subsistat, ut etiam hæredes obligentur, ut dixit Abb. in d. c. cum contingat, col. 10. Et, ut ipse inquit, de hoc est communis opinio, dummodo (ut supra diximus) huiusmodi iuramentum vi, dolo vel metu extortum non sit, ut habetur in d. c. cum contingat, & in d. c. 2. de pact. lib. 6. & in d. auth. sacramenta puberum, cum similibus.

CAP. CXL.

ARGUMENTUM TVM.

Iuramentum impedit diuisionem.

SUMMARIA.

- 1 Diuiso à testatore prohiberi non potest.
- 2 Testatoris præceptum, quod hæredes nunquam diuidant, sed semper in communione permaneant, non subsistit.
- 3 Iuramentum diuisionem impedit.

Quartum exemplum ponit potest in phibitione diuisionis: quandoquidem licet diuiso à testatore prohiberi non possit. l. in hoc iudicio, §. si conueniat. ff. cōmu. diuid. & tradit. 10. Dilect. in tract. de arte testan. in 8. tit. de var. testa. preft. cau. 8. Vnde etiam est, ut † præceptum testatoris quod hæredes nunquam diuidant, sed in cōmunione semper permaneant, nō subsistat: Verum ut talis diuidédi prohibitio efficax reddatur, & subsistat, cautela est, † ut testator procuret, ut tales hæredes eiusmodi præcepto cum iuramento cōsentiant & cōfirmant, ut habetur in d. c. cū contingat, extra de iure iur. nā tunc piuri exceptione repugnante alter alterū ad diuisionē pucare nō poterit, ut notant Doct. in l. si quis maior. C. de trāsact. & tradit. Ias. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de conduct. in d. b. & Dec. in conf. 26; in instrumento, col. 1.

CAP. CXLI.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIA.

- 1 Confessio iurata allegationem in contrarium non admittit.
- 2 Confessio in scriptis redacta, mutari non potest.

Quine

QVINTUM exemplum est confessionis iuratae: nam ut inquit Affl. Et. in decis. 83. n. 3. confessio iuratae + allegationem in contrarium non admittit, quae ipsa confessio dilui & destrui possit, nisi ex iusta causa proueniat, ut dixit gloss. in cap. fina. in verbo, iusta. extra de iure iure iurant. & in cap. apud misericordem, in gl. 5. 32. quest. 1. + ubi si confessio in scriptis redacta est, mutari non potest, ut notat Bald. in in l. generaliter. C. de non numero pecun. Et inquit ad hoc facere illud, quod dici solet, quod quando actus sine iuramento non valet, adiecto iuramento confirmatur, & subsistit, ut patet ex pluribus exemplis, quae refert Alexand. in consilio vigesimo septimo, columnas 5. volum. 1. quandoquidem actus iuratus, iuri positivo subesse non dicitur, ut voluit Alexan. in consilio 102. volum. 4.

C A P. CXLII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Mulier iuri sua hypotheca cum iuramento renuncians, eam deinde impugnare non potest.

SEXTUM exemplum ponit in muliere iuri sua hypothecae cum iuramento renunciante: eam namque deinde impugnare non potest, ut inquit Canonistae in cap. peruenit, extra de emptio. & vendit, per text. in d. cap. cum contingat. & in cap. si vero, extra de iure iurand. & in capitul. licet, eodem titul. libro sexto. Et licet Accursius in l. si qua mulier, C. ad senatus. consult. Velleian. contrarium tenuerit, à Canonistis tamen reprobatur, prout eum quoque non sequitur, sed reprobat Alexand. & alij in l. Mænia, §. ff. soluto matrimonio quod probatur etiam in c. ex rescripto, extra de iure iurand. & ita inquit fuisse iudicatum.

C A P. CXLIII.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum confirmat factum de mutua fratum successione.

S V M M A R I A.

1. Pactum inter fratres initum ut unus alteri in bonis & hereditate premonientis sine filiis masculis succedat, non subsistit.
2. Pactum de succendo unus alteri, cum pertineat ad successionem viuentium, merito non valet.
3. Iuramentum confirmat pactum de futura successione viuentium.

SEPTIMUM exemplum ponit in pacto inter fratres vel alios inito, ut alter alteri in bonis & hereditate premonientis cum filiis masculis succedat, ut voluit Guido Papæ in consil. 31. num. 1. versic. 1. & pro hoc bene operatur: nam licet + huiusmodi pactum de iure non subsistat. l. licet, in prin. C. de pact. quæ lex, ut ipse inquit, alibi non est, ut dixerunt Bart. & Bal. Et ratio est, quia + cum huiusmodi pacta de succendo iniucem fiat de futura successione viuentium, merito à iure ne mortis captandæ occasio detur, improbantur. l. fi. C. de pact. cum similib. Verum prædictis non obstantibus, + si iuramentum addatur substitetur, propterea quod alioquin huiusmodi iuramentum pactis hisce ap. pos-

situm nihil opuraretur, ut est text. in d. c. non est obligatorum, de reg. iur. lib. 6. & si ibidem Guido Papæ ex aliis quod talia pacta de iure etiam sine iuramento valere censuerit.

C A P. CXLIV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

1. Iudicium initum cum minore cum iuramento subsistit, etiam sine curatoriis autoritate.
2. Iudicium in causis criminalibus cum minore sine auctoritate curatoriis non subsistit.

OCTAVUM exemplum ponit in iudicium initum cum minore; + nam adiecto iuramento etiam sine curatoriis autoritate subsistit, ut dixit Decius in consilio 35. numero 1. dum vult, ut in omnibus causis mortis vel mouendis iuret gesta ab eius procuratoribus rata habere, & non contrauenire notario stipulante: nam tunc processus subsistit, nec redditur nullus ob defecatum autoritatis tutoris, cum iuramentum eum maiorem reddit, ut inquit gloss. in verbo, contractus, in fi. quam sequitur Bart. in d. authen. sacramenta puberum. & idem tenet Petr. Jacob. in tit. de actio. tute. contra. quando in defen. susci. l. cura tor. in fi. & Specul. in tit. de actio. versic. sed quid si minor vult. & ita seruat stylus, ut ibidem ipse latius prosequitur.

Limirat tamen Guido Papæ hanc conclusionem in d. consilio + in causis criminalibus, propterea quod eis maius est periculum, & ideo eis cautius subueniendum est, ne talis minor sua imperitia vel iuuenili calore aliquid dicat vel faciat: Quod si prolatum vel expresum sit, ei obesse possit, & eadem ratio redditur in l. clarum. C. de author. præstan.

C A P. CXLV.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum excludit minorem à beneficio q̄ habet ætatis ratione.

S V M M A R I A.

1. Iuramentum confirmat divisionem contra præceptum testatoris & dispositionem legis factam.
2. Minor absque iuramento renunciare non potest præcepto sibi facto in favorem suum ob ætatis imbecillitatem.
3. Authent. sacramenta puberum. C. si aduersi. venditio. declaratur.
4. Iuramentum licet suppleat defectum ætatis, attamen non supplet alios defectus.
5. Plura ybi obstant, vnum tolli necesse non est.

NONUM exemplum ponit in divisione + contra præceptum testatoris facta ac legis dispositionem, & de minore loquitur, ut dixit Decius in consilio 349. numero 6. par. 3. & in consilio 22. col. pen. vers. ad secundum, quo queritur. Vbi inquit ita alias consuluisse, & idem etiam tunc tenere. Mouetur autem ea ratione, quod licet ab q̄ iuramento minor + præcepto sibi facto ad suum favorem ob imbecillitatem renunciare non possit, ut notat Barto. in l. filius familiae. §. Diu. ff. de legat. primo, iuramento tamen accidente talis renunciatio confirmatur, quia de iure ciuii iuramentum minorem maiorem

rem

rem facit, dicta authent. sacramenta puberum, & praesertim, quia de iure canonico iuramentum renunciationem confirmat, & si de iure ciuili ob temporis imbecillitatem non subsistat. d. cap. cum contingat, extra de iure iurand. & cap. licet mulieres, eodem titul. in sexto.

Hanc tamen diuisiōnē restringendam esse dicit Decius eodem in loco, si iuramentum verbis praequantibus interponatur: vt puta quia promiserit non contrauenire ex causa minoris etatis, vel quacunq; alia ratione, vel causa: secus vero si simpliciter, vt notat Bartol. in l. secunda. column. 3. versic. quero, quid si minor, in fin. C. de rescinden. venditio. & de hoc inquit esse gloss. vlt. in capit. penult. in versic. sed quid, extra de empt. & venditio. quæ vult, vt iuramentum à minore praestitum etatis tantum beneficium excludat. Hanc eandem conclusionem tenuit Paul. Castren. in dicta l. secunda, column. penult. C. de rescindenda venditio. vbi adducit text. cum gloss. in l. prima. C. si maior fact. alien. rati. habue. & cum prædictis concordat Imola in consilio primo, in casu premisso, column. secunda, versicul. sed ad dicta iura. vbi inquit text. in dicta authent. sacramenta puberum, loqui & locum habere, vbi ratione minoris etatis contractus inualidus est: at secus si alia ratione, & præsertim, quando simpliciter iuratur non contravenire, & adiectum sit ratione minoris etatis, vel alia quacunque de causa, vel ratione, vt adnotauit Bartol. in d. l. 2. quem sequitur etiam Barba. in consilio 3. in causa, colu. fin. vol. 2. Et facit illud, quod notat Bal. in l. fina. §. filii autem. C. de bonis quæ liber. Vbi inquit, 3. quod dicta authent. sacramenta puberum, locum non habet, si alia quam etatis prohibitio fiat. Exemplum colligitur ex dicto §. filii autem, & rursus idem voluit Bald. in capitulo 1. § item sacramenta, column. 5. vers. pone adultus, in titul. de pace iuramen. firm. man. dum vult, quod licet tamen iuramentum etatis defectum suppleat, alios tamen defectus non supplet: At qui remittit defectum etatis, alios tamen remittere non videtur. Et iterum Bal. in d. l. secunda, quæst. octaua. C. de rescind. vend. idem voluit, ea maxime ratione, quod vbi plura tamen obstant, vnum tolli non sufficit, vt dixit idem Bald. in l. prima, column. pen. versi. vnum eam scias. C. defurt. Vide ex his colligitur alia responsio ad consil. Aret. Videlicet iura ab eo deducta tunc procedere: vbi vnum tantum extaret impedimentum, vt patet ex dicto cap. cum contingat, & ex d. capit. licet mulieres. Et ideo, vt eius intentionem non probent, dicendum est, ex quo in eis plura extant impedimenta, vt ibidem latius ipse prosequitur.

CAP. CXLVI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

- 1 Renunciatio generalis iurata omnia comprehendit.
- 2 De imum exemplum ponitur tamen in generali renunciatione, cui si iuramentum addatur, omnia complectitur, vt voluit Bartol. in l. sciendum, column. secunda, versic. & istud facit ff. de verbis. oblig. vbi inquit ita consueuisse in dicta authent. sacramenta puberum, colum. fina. vers. quid si iuratur generaliter. C. si aduers. venit. & Imola in cap. 1. extra de commod. &

in cap. cum contingat, in tertio membro, in fin. versic. & addit. prædictis, extra de iure iurand. & Alexand. in consil. 3. viro testamento, column. 3. versic. fortius voluit, volum. primo, & in consilio 133. super quasitis, colum. 3. versic. & eo fortius, volum. quinto, & Franc. Aret. in consilio 28. diligenter, column. fina. vbi alios refert. Vnde etiam est, quod si debitor promiserit & iurauerit se solutum, bonorum cessione ut non potest, vt dixit Corne. in consil. 212. plenem iibi, in fin. vol. 2.

Contrariam tamen opinionem, quod generalis renunciatio iurata non subsistat, tenuit Ioan. Andr. in capit. 1. column. fina. vbi eandem opinionem sequuntur Petrus. Butrus. Flor. & Panorm. extra de commod. Et mouetur potissimum ea ratione, quod iuramentum ultra consensum non obligat, qui quidem in generali renunciatione abesse videtur. Et idem tenuit Cynus in l. 1. quæst. 3. vbi etiam Bald. col. 2. quæstio. secunda, C. eodem, & Barba. in hoc sibi contrarius in l. si quis. §. quæstum. & Bald. in cap. 1. col. 2. versic. & an iuramentum, in titul. de controv. feud. apud pares term. & voluit Alexand. in consil. 28. accurate ponderatus. numero 3. volum. primo.

CAP. CXLVII.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum confirmat renunciationem absenti factam in iure futuro.

S U M M A R I A.

- 1 Renunciatio simplex iuri futuri parte absente non subsistit, adiecto tamen iuramento confirmatur.
- 2 Diuīsio solet fieri in testamento vel codicilliis ad tollendas filiorum discordias.
- 3 Diuīsio bonorum assignatio facta a testatore, ab eo reuocari potest.
- 4 Diuīsionem bonorum a testatore factam iuramentum irreuocabilem reddit.

Vnde decimum exemplum iterum in renunciatione ponit: Nam licet renunciatio simplex iuri futuri parte absente non subsistat. l. 1. & ibi tradunt Doct. C. de pact. attamen adiecto iuramento confirmatur, vt dixit Petrus. Gerar. in sing. 18. & Curt. in l. 1. col. 6. C. de pact. & loā. Dilec. in tract. de arte testan. in tit. de liber. instit. vel ex hered. caut. secunda, tamen dum 2 inquit consueuisse parentes & affines ad discordias & controversias filiorum & aliorum coniunctorum remouendas ac sedandas, bona sua testamento vel codicilliis inter eos diuidere, eorum cuilibet suam portionem assignando. l. ex parte. §. in testamento. ff. famili. ericisun. Quæ quidem diuīsio tamen & portionum assignatio reuocari potest. l. filie. C. famili. ericisun. & est tex. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de lega. terri. tamen 4 vrum si quis diuīsionem hanc vel partis assignationem irreuocabilem esse desiderat, inter viuos non in ultima voluntate bona sua inter liberos diuidat, & iuret diuīsionem illam seu assignationem non reuocare: nam licet pater filiis familias donare non possit. l. secunda, C. de in officio. testam. & l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxor. & diuīsionem prædictam seu assignationem reuocare possit. l. penulti. §. si pater. ff. pro empto. Attamen ita iuramento confirmatur, vt reuocari non possit, vt dixerunt Doctor. in l. si donatione. C. de collatio. & est communis opi-

QQ nia.

rio, vt inquit Decius in cons. 239. Primo, & in cons. 688. informationem. & tradit etiam la. in cons. 118. contra donationem, par secunda. Etsi contraria opinio ratione & probationibus non careat, vt dixit Corneus in cons. 238. quanquam videatur, col. pen. & fin. vol. i.

C A P. C X L V I I I .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Contractus alienationis rei immobilia minorum 25. annis, nisi fiat cum autoritate tutoris & decreto iudicis, est nullus, & an iuramento confirmetur, & numero 2.

Dodecum exemplum ponit potest in contractu à minore vigintiquinq; annis de rei suę immobilis alienatione confecto: nam licet huiusmodi contractus regulariter nullus sit, nisi saltem cum autoritate tutoris, si sit pupillus: vel curatoris, si sit pubes, & iudicis decreto interueniente fiat, ut habetur toto titulo. ff. de rebus eorum. Id tamen limitatur si in † ipso contractu iuramentum apponatur, propterea quod tunc huiusmodi contractus iuramento confirmatur: non aliter ac si tutoris vel curatoris authoritas respectiue & decretum iudicis interuenissent, efficiturque irrevocabilis, etiam quo ad beneficium restitutionis in integrum, vt ibidem ipse latius prosequitur, nisi dolus vel meatus interneniat.

C A P. C X L I X .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Statutum si disponat, vt adultus sine curatoris licentia, vel saltem duorum suorum coniunctorum contrahere non possit, alioquin contractus sit nullus, iuramento non obstante confirmatur.

Decimumtertium exemplum ponit in casu, † in quo statutum disponat, vt adultus sine curatoris licentia, vel saltem duorum suorum coniunctorum, si forasle curatorem non habeat, contrahere non possit: alioquin contractus sit nullus: Nam si huiusmodi contractui iuramentum apponatur, etiam quod licentia curatoris, vel suorum coniunctorum non interueniat, inspecta tamen iuris canonici dispositione subsistet: quandoquidem iuris canonici dispositio in materia iuramenti, & sic spirituali, seruari debet, cum de periculo anime & peccato tractetur, vt dixit Curt. in consilio 7. numero 5. volum. i. vbi inquit ita voluisse Iohann. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de proba. §. vt autem super. versicul. Hoc autem no. post Nicol. de Neapol. & Jacob. de Beluis. in quadam sua disputatione.

C A P. C L .

A R G U M E N T U M .

De matrimonio, quatenus iuramento confirmetur.

S V M M A R I A .

- 1 Matrimonium quilibet contrahere potest, nisi expresse prohibetur, si coniugalem affectum & ad carnis copulam aptus sit.

- 2 Verba apta ad matrimonium contrahendum requiruntur.
- 3 Matrimonium nullum dicitur, si de eo constare non posset.
- 4 Iuramentum matrimonium confirmat, quod alias non valeret.
- 5 Iuramentum matrimonium illicitum non obligat.
- 6 Iuramentum illicitum non obligat.
- 7 Iuramentum non obligat, si mulier iurat contrahere matrimonium, sit minor 12. annis.
- 8 Matrimonium vbi est nullum, iuramentum quoq; de eo contrahendo praesitum est nullum.
- 9 Mulier minor 12. annis contrahens matrimonium, debet certiorari, matrimonium quid sit, & de viribus matrimonij.

Decimumquartum exemplum in matrimonio iurato ponit potest, vt inquit Merchion de Facinis in cons. 23. num. i. cum sequentib. in i. vol. cons. matrim. diuers. dum ait, † matrimonium, nisi expresse prohibeatur, quemlibet, si coniugalem affectum & ad carnis copulam consentire possit, contrahere posse, vt puta masculum infra legitimam aetatem constitutum, hoc est infra 14. annum, & foemina infra 12. dummodo verba † ad matrimonium contrahendum apta pronuncient. Verum quia de huiusmodi matrimonio constare † nō potest, nullum dicitur. c. tua fraternitati, extra de spōs. & c. 20. extra de spons. & c. 2. extra de spōs/a. impub. Id autem q; matrimonium sit nullum, verum est, nisi ei ita contracto iusserit: quandoquidem tunc licet matrimonium non subsisterat ex se, iuramento tamen confirmatur, vt habetur in c. ex literis, extra de spōs. & facit tex. in c. cum cōtingat, extra de iure iur. vbi iuramentum contractum confirmat, qui alioquin non subsisteret, vt est etiam tex. in c. quamvis, de pac. lib. 6. & in c. licet eo tit. Prædicta autem vera sunt, si matrimonium † licitū sit, quo quidem casu ipsum iurantem obligat, † l. i. C. si aduer. delie. & d. authent. sacramenta puberum. & c. 2. extra de delict. puer. Pariter etiam obligare non dicitur, si foemina † minor sit 12. annos. cum illius temporis foeminae matrimonium contrahere non possit. c. tua fraternitati, extra de spōs. cum aliis supra deductis relatis. Et ideo vbi matrimonium † est nullum, iuramentum quoque nullum est, & id tunc potissimum locum habet, si tempore contracti matrimonij, † quid nām matrimonium esset, non intelligebat, nec certior de vi-ribus matrimonij facta sit.

C A P. C L I .

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

- 1 Iurans seruare aliquid prohibitum etiam animo & intentione seruandi, ad obseruantiam nō ardatur.
- 2 Minister provincialis ordinis Minorum, qui iuravit renunciare in principio triennij in manibus capitulo provincialis, an tali iuramento adstringatur.

Decimumquintum exemplum ponit, vt inquit Domin. à San. Gemin. in c. cōtingit, de iure iur. in 6. in eo qui iurat † aliquid illū citum seruare etiam animo & intentione illud seruandi: nam ad huius-

huiusmodi iuramentum obseruandum nō adstringitur. Et ideo infert ad hanc dubitationem: Minister t̄ quidam prouincialis ordinis Minorum iure iurando promisit in principio triennij in manibus capituli prouincialis officium suum renunciare: ex quo constitutiones pontificales disponunt, vt illud in manibus generalis vel capituli generalis renunciare debeant dispositum & sanctum est, an ille minister iuramento illo ad talem renunciationem faciendam adstringatur, quæ situm fuit. & text. in d. c. contingit, vt non adstringatur, suadere videtur.

C A P . C L I I L

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

- 1 Contractus contra bonos mores iuramento non confirmatur.

Decimumsexturnum exemplum ponitur in contractibus contra bonos mores celebratos: nam huiusmodi contractus iuramento non confirmantur. d.c. non est obligatorium, de reg iur. in 6. Et ideo supra in 7. exemplo diximus, pactum future successionis, quo induci votum captandæ mortis iura arbitrantur, iuramento non confirmari censuerunt, ea solum ratione, quod contra bonos mores sit. l. si. C.de pact.

C A P . C L I I I .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

- 1 Pactum, quo auferunt libera testandifactio, dicitur contra bonos mores.

Decimumseptimum est t̄ etiam pactum contra bonos mores, & ideo iuramento nō confirmatur. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Decimumoctavum exemplum pariter ponitur in pacto libertarem matrimonij auferente, ob id quod & hoc contra bonos mores dicatur, & ideo iuramento nō confirmetur. l. Titia, in prin. ff. de verb. oblig. & idem est in qualibet turpi conventione. l. si plagi, eod. tit. & latius habetur in authen. scenic. non solum fidei usq. prest. §. 1. Quandoquidem tunc magis peccat iuramen. turpe recipiens quam nō seruans, ut ibi habetur, & in cap qui sacramento. vigesima secunda, quest. 4. & est primus casus.

C A P . C L I V .

Argumentum est in Summariis.

S U M M A R I A .

- 1 Contractus principaliter publicæ utilitatis causa prohibitus, iuramento non confirmatur.
- 2 Venditio rerum iniunctarum edibus reprobatur.

Decimumnonum exemplum ponitur t̄ in contractibus publicæ utilitatis principaliter causa reprobatis: nam illi iuramento non confirmatur, d. cap si diligenti, extra de foro compet. & in d. l. si pradium, de agricol. & censit. libro i. & l. quemadmodum, eodem titul. Id quod comprobatur ex eo, quod venditio t̄ rerum, quæ adibus adiunctæ sunt, vt columnæ, & marinor, non subsistit: sed quia fau-

re publico reprobatur, ideo nec iuramento confirmatur. l. catena, ff. de lega. 1. & l. Senatus, ff. de contrahen. emp. Contractus prohibitus secundario, vt dicitur de alienatione fundi dotalis, cum dos sit fauorabilis ratione publicæ utilitatis secundario. l. i. ff. solut. matrim. nam tunc in specie iure canonico iuramento confirmatur. d. c. cum contingat, extra de iure iurant. & c. licet, eod. tit. lib. 6. Subdit tamen Lucas de Penna in d. l. si quis predium vendere, colu. 2. C. de agricol. & censit. lib. ii. animaduertendum esse, quod licet prædicta capitula contractum confirmari expresse non dicant, sed ius iurandum seruandum esse, satis tamen contractum subsistere existimare: Quasi iure iurando liceat alienare, d. auth. sacramenta puberum, vbi notatur, in verbo, obsernari. & ibi latius prosequitur Lucas de Penna.

C A P . C L V .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

- 1 Pactum prorogans instantiam litis, iuramento neq. confirmatur.

Vigesimum exemplum ponit t̄ in pacto de litis prorogatione: nam tale pactum iuramento non confirmatur. & ratio est: quia publicam utilitatem impugnat, vt est text. in l. properandum. §. & si quidem, cum ibi notatis. C. de iudic. & in l. iurigenium. §. si paciscar. ff. de pact.

C A P . C L V I .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

- 1 Contractus prohibitus in odium creditoris iuramento non confirmatur.

Vigesimumprimum exemplum t̄ in contractu prohibito in odium creditoris ponit potest, ve inquit Curt. iun. in cons. 141. numero 12. vbi autoritate Bartol. in d. l. si quis pro eo, in princip. in versic. 4. dixit. ff. de fidei usq. dum vult, vt quando contractus prohibetur in odium creditoris vt habetur in capit. significante, extra de pignoribus, reprobatur pactum. l. commissoriæ: Nam tunc iuramentum talem contractum non confirmat, vt latius ibi ipse prosequitur.

C A P . C L V I I .

A R G U M E N T U M .

Iuramentum confirmat contractus in odium creditorum prohibitos.

S U M M A R I A .

- 1 Res apud creditorem remanet sine causa, si iurante seruet pactum & absoluunt à iuramento, vel agere condicione sine causa contra creditorem poterit.
- 2 Pactum soluenda vñras, est prohibitum odio creditoris, & ideo debitor potest repeter.
- 3 Pactum si non potest in totum adimpleri, vt quia iuravit debitor non repeter, petere debet absoluti nem à iuramento.
- 4 Filius familiæ renuncians Macedoniano, potest soluere

- timore iuramenti, & postea repetere, vel petat ab-solutionem à iuramento.
- 5 Filiusfamilias soluens pecuniam mutuo acceptam, eam repetere non potest.
- 6 Argumentū de vñsūris, quæ sunt omni iure damnatae, ad pecuniam mutuatam filiofamilias, nō procedit.
- 7 Creditor pecuniam fñneratiam accipiendo, mortaliter peccat.
- 8 Creditor à filiofamilias recipiens pecuniam illi mutuo datam, suum recipit, nec alienum subripit.
- 9 Officiales durante officio emere prohibentur.
- 10 Syndici bona tessantum emere non possunt.
- 11 Officiales pupillorum res emere prohibentur.
- 12 Tutores res pupillorum emere prohibentur.
- 13 Contractus prohibiti odio ipsorum ementium iura-mento non conualidantur. (firmatur.)
- 14 Contractus prohibitus fauore debitoris iuramento cō-
- 15 Mulier Velleiano renunciare potest.
- 16 Iuramentum minorum & mulierum, quando con-tractum non confirmet.

Vigesimum secundum exemplum, redeundo ad ea, quæ in præcedenti exemplo diximus, ponit potest in contractibus in odium creditorum prohibitis: nam in hoc casu iuramentum eos confirmare videtur. *d. capit. significante, extra de pignorib.* Ex hoc iuramento plures notabiles effectus emanant.

1 Primus est, † quia quamprimum quis pactum obseruatuerit à iuramento absolutus intelligitur, & ideo apud creditorem sine causa remanere dicatur. Vnde ille qui iurauit, vt absoluatur & liberte-tur à iuramento petere poterit. Si vero remanserit obligatus, poterit agere cōdictione sine causa con-tra creditorem. *Exemplum affertur de eo, qui vñ-suras soluere iurauit, quod quidem pactum odio creditoris prohibetur.* Si ergo hoc pactum potest impleti solutione impleatur & debitor repeat: si vero implere non sufficiat, † vt pura quia debitor fortasse non repetere iurauerit, debet debitor petere absolui à iuramento, *capit. debitores, extra de-iure iurant. & cap. tuas, extra de vñsūr. cum cōcordant.*

4 Et ideo dicit, † quod si filiusfamilias Macedoniano renunciet, poterit ob peritrium soluere, & deinde concidere, vel ad cautelam absoluiri. Hoc tamen † non sine notabili difficultate transit, propterea quod si filiusfamilias creditori pecuniam quā mutuo acceperat soluat, eam repetere non potest. *I. qui exceptione ff. de condic. indeb.* Præterea inquit no-valere † argumentum de materia vñsūaria, quæ omni iure prohibita est, ad materiam pecuniae mutuaz filiosfamilias: Quod si sane mutuum solum iure civili in creditorum odium prohibetur, & præferim † quia creditor accipiendo pecuniam fñneratiam, mortaliter peccat, cum lucrum prohibuit & improbū recipit, alienumq; subtrahit.

8 At creditor à filiofamilias † recipies pecuniam quā illi mutuauerat, suum recipit, non autem surripit alienum. Idem autem in omnibus contractibus odio alictius ex partibus prohibitis, vt exempli gratia † de officialibus dicitur, qui dum sunt inofficio, emere prohibentur. *I. non licet ff. de contrah. empt.* & *I. t. C. de contrah. empt.* Et hæc inquit pro declaracione statutorum notanda esse, quæ variis in ciuitatibus existunt, & prohibent nonnullos emere, vel nobiles aliquos contractus facere. Quatenus ad emptionem rerum subditorum & litigantium

pertinet satis constat † Syndicos c. sc. sanitum bona emere non posse, prout etiam de pupillorum † of-ficialibus dicitur, qui res pupillorum emere prohibentur, † prout etiam tutores, & alij. Plane cum illa statuta in odium ementium condita † sint, merito iuramento non confirmantur Illud tamen cogitandum est, an in illis emptionib. locū habeat, quæ sub hasta fiunt corā prædictis officialib, cum in eis iuramentum non interueniat. Verū ad prædictam redeundo, sciendum est alienationes sæpe fauore delatoris, † & tunc contractū iuramento firmari dicendum est. *d. authē. sacramenta puberum. C. aduers. vend.* Idem quoq; dicitur de contractū fideiūssionis à muliere confessio: nam iuramento confiamatur, argumento *d. cum contingat.* Nam senatusconsultum Velleianum non iubet mulieres non intercedere, sed solum disponit, vt si interueniant, non teneantur. Verior tamen ratio ea esse videtur, quod possit † mulier Velleiano renunciare, & ex consequenti se obligare, vt habetur in auth. matri & aia. C quando mulier tutela officia funga, cum cōcordantib. Ergo multo magis se ad soluēdum obligare possunt. Li autem verba legis prohibētis personā ipsam prohibeant & aliter dicendum esse arbitratur, quandoquidem accidere potest, vt persona creditoris contrahentis prohibeatur, non ipius odio, sed alterius fauore, vt puta debitoris, vel contrahentis: vt puta si statutum dicat, nemo audeat contrahere cum minore, vel muliere sine consensu consanguineorum: Nam in hoc casu † iuramentum minorum vel mulierum contractū ipsum quo ad commodum ipsius contrahentis confirmare non potest, cum tem etiam à volente accipere prohibitus sit, vt voluit glo. in t. inuitus. *S. ff. de reg. iur.* Et in hoc casu illud idem esse dicendum arbitratur, quod supra proxime dicebamus, cum contractus odio creditoris prohibetur. Si vero prohibitio ex parte debitoris fiat, vt puta quod nullus minor, nulla mulier, vel huiusmodi, contractū aliquem facere possint, nisi quadam solemnitate adhibita, & tunc contractus ab eis facti iuramento non confirmantur ob peccatum mortale, quod à iuramento emanat. Id autem propter varia ciuitatum & locorum statuta, adnotandum esse arbitratur. Verum quatenus pertinet ad rem propositam, illud certum est, res minorum sine iudicis decreto alienari prohibitum esse, vt habetur *Inst. de satisfat. tuto per totum nihilominus talis alienatio iuramento confirmatur. d. authē. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.*

C A P. L O L V I I I .

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

- 1 Iuramentum confirmat contractū, cui lex non assi-stit, sed non reprobatur.
- 2 Obligatio naturalis oritur ex eo contractū, cui lex non assit, sed non reprobatur.

Vigesimum tertium exemplum, præterea ponit potest in contractū, cui lex non assit, licet non reprobat, † vt habetur exempli gratia in, simulatio ista, *S. alteri ff. de verborum obliga.* Nam ex tali conventione oritur obligatio naturalis, ut ibino-ratur. Et notatur idem quoque de pacto nudo arbitratur, cum de iure canonico talis conventione subsistat,

sunt, prout etiam penal stipulatio in eo apposita. d. §. alteri, & l. nuda, C. de contrahen. emptio. cum multu similibus, quæ breuitatis causa omittuntur.

C A P . CLIX.

A R G U M E N T U M .

Iuramentum confirmat contractus ob priuatum interesse contra hentium prohibitos.

S V M M A R I A .

- 1 Iuramentum confirmat contractus prohibitos propter varias subditorum vtilitates.
- 2 Transactio super alimentis prohibetur.
- 3 Pactum prohibetur, quo quis futurae successioni renunciat.
- 4 Donatio inter virum & vxorem prohibetur.

Vigesimum quartum exemplum ponit potest in contractibus ob alias subditorum vtilitates prohibitis, ut habetur in l. cum hi. ff. de transact. Vbi dealimenti transactio prohibetur. Pariter etiam prohibetur de iure pactum, quo quis futurae successioni renunciat, & l. pactum. C. de pact. & l. pactum. C. de collatio. In his tamen casibus contractus prohibitos & ex consequenti nullos iuramento confirmari iure canonico arbitratut. cap. quamvis, de pact. libro 6. Ratio autem est, quia predicti contractus ex eo quod sint contra bonos mores, prohibiti non sunt, sed ob id quod quis pro modico ius futurum remitteret, & ideo lex quæ subdorum vtilitati prouidere cupit, illam prohibitionem non ob fauorem publicum principaliter statuit. Idem quoque dicitur de donatione & inter virum & vxorem, quæ pariter prohibita est, ne unus debitor, alter vero pauperior efficiatur ob nimium a morem, quo inuicem se prosequuntur.

C A P . CLX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum validat actum ipso iure nullum.

Vigesimum quintum exemplum ponit potest in actu ipso iure nullo, prout late tradit Imola in d.c. cum contingat, numero 39. extra de iure iurand. Ad quem, quia ibidem late prosequitur, me breuitatis causa refero. Contrariam vero opinionem tenet Hippol. Mars. in §. post quam, numero 58. in sua practica criminali. & rursus in consil. t. 5. num. 36. hanc conclusionem declarat, & inquit posse actum nullum confirmare, quando contractus, super quo interponitur iuramentum, non est prorsus & omnino nullus ex aliquo defunctu tantum, & ideo quando est ipso iure nullus, aliter dicendum esse, propterea quod tunc iuramentum in eo appositum illum non confirmat: Imo nihil operatur, vt inquit Philip. Franch. in cap. quamvis, de pact. in 6. Qui Mars. adducit gloss. in authen. si quia mulier, in princip. C. ad senatus consul. Velleian. dum vult, iuramentum contractum ipso iure nullum, non confirmare. & eam gl. ad hoc esse singularem inquit Roman. in l. 1. vers. 1. & addit. duas notabiles.

C A P . CL XI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

- 1 Dispositio authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. an dispositio renditionem, validat omne pactum.
- 2 Iuramentum est species vestimenti.

P Rosequendo ea, quæ ad propositam materiam facere videntur, quæsivit Bal. in auth. sacramenta + puberum, num. 16. C. si aduers. vend. an dispositio illius auth. sit generalis, vt scilicet iuramenti quodlibet pactum confirmet. & inquit quosdam confirmare + aestimasse ea ratione, quod vestimenti species videatur: reprobat tamen ibi Bald. hanc rationem praeterquam in operis. d. l. si quis pro eo, ff. de fidei usso. Ratio autem specialitatis, quod iuramentum operarum pactum confirmet, ea est, quod iuramentum ibi aliud fundementum presupponit, priuilegium scilicet manumissionis. Alios vero inquit aliam afferre rationem, & est, quod iuramentum aliam obligationem inducit, quam non tenet directe l. actori. C. de rebus credit. Ergo multo minus inducit, si directe tendit, vt puta si iuro soluere, vt dixerunt ultramontani. At Iacobus Butriga. in dicta authen. sacramenta puberum, respondet ex iuramento ciuilem actionem in pactis non oriri, secus vero in iudiciis, & id fauore decisionis litium. Et hanc ibidem inquit Bald. esse veritatem, ex quo iuramentum ciuilem obligationem non inducit, vbi deficit intrinseca solemnitas: at vbi intrinseca solemnitas non deficit, ciuilem obligationem inducit, vt habetur in d. auth. sacramenta puberum.

C A P . CL XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum prestatum super contractu inualido & prohibito ratione furoris personæ iurantis est obligatorium.

Vigesimum sextum exemplum ponit potest in iuramento prestito super contractu inualido, & prohibito ratione furoris personæ iurantis: nam tale iuramentum talem contractum confirmat, & est obligatorium, & seruandum, cum sine interitu salutis aeternæ seruari possit, vt inquit Imola, in capitulo cum contingat, numero secundo, extra de iure iurand. Et licet illud iuxta canonum dispositionem procedere videatur, concludit tamen Imola eo in loco etiam ex legum ciuilium dispositione locum habere. dicta authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.

C A P . CL XIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum prestatum à minore in genere super quinque contractu celebrato vel celebrando, an contractum confirmet & conualidet.

QQ 3

Vige-